

Universitätsbibliothek Wuppertal

**L. FENE||STELLAE DE MAGI||stratibus, sacerdotijsq[ue]
Roma=||norum libellus**

L. <Fenestrella>

Basileae, 1523

Text

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-810](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-810)

DE POPVLI DIVISIONE.

Caput I.



Thenienses, qui *ἄντοξο-
ν*, id est indigenæ, nuncupa-
ri altius referendæ originis
gratia gaudebant, tribus dis-
tinctos fuisse nominibus,
scriptum non pauci relique-
runt. Inter illos enim erant

ἰπποκρίδαι, γυναικῶν, ἀνακρίστοι. Primò nobilitas, ut
Romæ patricij, appellari uolebat. Geomori erant
rustici, ita dicti, quòd illis iampridem pars aliqua
agri Attici ad colendum cessisset. Artifices, qui ar-
tes mechanicas & mercimonia in urbe exercebāt,
tertio uocabulo uocari solebant. Significabat &
Demiurgi uox, præter sellularios, & eos qui uilio-
ribus artibus uictum sibi parabant, etiam id munus
quod Romani Publicanum uocant. Ii qui erāt aut
etate aut honoribus maiores, inter cæteros dice-
bantur demogerōtes, quasi Senatores, quibus à po-
pularibus præcipuè summa deferebatur authori-
tas. Primum alioqui nomen *ἀντοξόων*, non po-
puli fundi aut ciuitate donati fuit, sed illorum quo-
rum maiores communi omnium consensu tan-
tum Athenis uixisse, nec aliunde originem tra-
xisse assererentur. Ambitionis itaque illius gratia

A T H E N I E N S I V M. 2

Ἀριστοκράται uocabantur populi fundi. Qui autem ex tribus unius parte tertia (quæ quot essent, statim aperiam) ὁμοζυγαντοί, id est (si uerbum licebit fingere) collactanei dicti sunt. Suprema literarum memoria illa nomina seruauere, donec sibi factionum nomina, unde pestis deterrima & rerumpub. & populariū oritur, sibi fecere, quo tempore adhuc ἱπείρω magistratuum à Dracone primo Athenis legislatore institutorum oligarchia regerantur. Erant uerò hæc nomina, πειραιῶται, δίκαιοι, πείραδοι, ἰστανόγιοι. Illi ut solidiores in reipub. opibus fauebant oligarchiæ, paucorum uidelicet potentie: diacrii popularem flagitabant administrationem, iniquo animo potentiores in Republica primas partes obtinere ferentes. parali pro rerum fluctu modò huic modò alteri factionis parti studentes, sibi & alijs uiam ad libertatem impeditam reddebant. Interim omnis iniuriæ fluctus in miseris hectemorios redundabat. Erant enim ita appellati tenuiori fortuna homines, quòd potentiorum tyrannidi sextam suarum rerum partem quotannis pendere cogerentur. Fiebat itaque (quòd semper in simili rerum statu euenit) ut summum ius summa esset iniuria (ut in parte corporis male affecta solent aut uitiosi aut nimij humores incumbendo dolorem augere) in miserorum ciuium & fauoribus destitutorum caput procumbens. Vt autem

tem

3 DE MAGISTRATIBVS

tem cognosci possit, & uelut ob oculos poni populus Atheniensis: ut præterea constet quam uigili cura, quamq; acri magistratum ingenio ad illum in officio retinendum opus fuerit, uisum est illius ingenium ex Polybij libro sexto depingere. Fuit (ait) populus Atheniensis perpetuò nauibus nauarcho destitutis similis. Quum enim in ipsis aut propter hostium terrorem, aut hyemis seuitiam, animi affectus clasiarijs imperauerit, esse animo simul concordi, atq; parère nauarcho, tunc fit ab ipsis nautis officium diligentissimè: sin quadam securitate semel inceperint duces contemnere, ac inuicem mouere seditiones (ob id scilicet quòd sunt diuersa omnes sententia) tunc his adhuc nauigare cupientibus, illis portum petere gubernatorem cogentibus, deformis quædam rerum facies intuentibus apparet ob seditionem & litem inter illos obortam, his scilicet rudentes ac uela contrahere, illis è diuerso laxare uolentibus: socijs uerò & nauigationis consortibus ingens imminet periculum. Vnde non rarò ubi magnas pelagi procellas atque hyemes seuißimas effugère, in ipso portu impingunt, atq; adeò prope ipsam terram naufragium faciunt. Quod sanè iam sæpius reipub. Atheniensium contigit. Superatis enim maximis grauisimisq; periculis, quum propter populi, tum propter magistratum ducumq; uirtutem,

in facillimis, nulliq; aduersa fortunæ rebus obnoxius temere est periclitata. Quamobrem de hac amplius dicere non licet, in qua, turba rerū summam habet, quodam irrationabili impetu illo animi libidine conducto & instructo, isto ardore & uehementia impulsio. Hactenus ille. Qui res illorum aliquando perspexerit, appositam admodum comparationem Polybium scripsisse uidebit. Verum ad motus factiosorum reprimendos est redeundum. Illi certe ob tam diuersas partes & sententias non poterant aliter quam monarchia, aut uno capite, quod tam disparia regeret membra, componi. Omnium ergo consensu, & præcipue popularium, ob uitæ insignem integritatem, quodq; grauationi populari nunquam consensisset, Solon est ad hoc munus delectus: quam prouinciam periculi plenam, ancipitisq; exitus, homo integerrimus suscipere his uerbis renuit. *ἀ δὲ γὰρ ἐφ' ὅσον ἀπέχεται, τὸ γὰρ βίος ἀνὴρ ἀμετακλίτων ἐκείνου καὶ ἀκατακλίτων ἀλλοτρίων. Si patriæ peperci, nec tyrannidem aut implacabilem uolentiam in me recepi, quæ gloriam meam commaculare aut dedecus adferre poterant, nil uereor: sic enim (quod me unum uicerim) uideor uniuersos homines uincere. hæc Plutarchus. Quum uerò rideretur à multis quòd illam renuisset dignitatem, quam pleriq; fauore, precibus,*

DE MAGISTRATIBVS

atq; amplissimis muneribus ambirent, subiunxit:

ἐν ἑστὸν οὐδὲν βραδύτητος ἢ δὲ βραδείας ἀνέστ.

ἰσθλὰ γὰρ οὐδὲν διδύμιος, κῶτὸς ἐν ἰσθλίῃ.

πικρὰ δὲ ἄγχαρ ἄγαθὸς, ἐν ἰσπασί μίγα δίνουσι.

δὲ μὲν δ' ἀμαρτῶν ἡγεῖ φρονῶν ἀποσφαλέει.

Non est Solon magna prudentia aut consilio homo: bona enim deus quum dedisset, is non accepit: intuensq; et prædam miratus, non traxit ampla præda refertum rete, animi et mētis inops. Quauis tamen monarchiam recusarit, noluit desperatae pleneq; deploratae reipub. deesse: uerum qua arte ualebat plurimum, consilio prudentiaq; illam leuauit, primumq; *σασάξιστον*, id est oneris, quo tenuiores à potentioribus premebantur, excusionem excogitauit. Vox illa *ἐν τῷ σείειν τὸ ἄχθος*, id est ab excutendo onere dicta est. Per eam æs alienum à pauperibus ad oppignerata usq; seruituti corpora factū, dissolutum est. Sanxit uerò ne liceret ulli ob usuras ius in corpus habere. Multi credūt illam *σασάξιστον* fuisse debitorum omnium recisionem, unde illi quibuscum legem illam antequam promulgaretur cōmunicasset, dicti sunt *χρῆσιονοπίδαι*, id est æris alieni recifores, quod maximum fecerant à quo de lege sancienda audiuerant. Habuere uerò id nominis, quòd nulli amplius fecissent, quodq; in legis et creditorum fraudem. Volunt alij, ut tenuiori fortuna homines possent ære alieno liberari, auxisse per si-
sachthian

ATHENIENSIVM.

sachthian pecunie percussa precium: ut quod ante
 septuaginta drachmis mutabatur, idem centum mi-
 nis postea aestimaretur: & secundum uetustam ra-
 tionem persoluerent. At neutra ratio uidetur per
 se sine altera tolerabilis. fuisse enim ^{per se non potest}, id est
 alieni aris recisio, creditoribus tam ingrata, quam
 grata & optanda pauperibus: unde illud non ex-
 tinguere, sed alere incendium fuisse. incrementum
 uero minarum adiectarum non potuisset satis esse
 tenuioribus ad persoluendam. unde utrunque una
 instituisse credi par est, ut diuitibus cresceret quod
 a pauperibus recuperare per legem non poterant.
 Ipse uero primium ut legem a se incipere ceteris le-
 gislatoribus ostēderet, de suo sex talenta auri, que
 quadragintaquinque millia aureorum nostratum
 proxime reddunt, remisit. Sub ipso autem rerum
 inuouandarum tempore (solet enim omnis mutatio
 uel utilissima egrē admitti) lex lata non statim pla-
 cuit (diuites enim secum inique actum contende-
 bant: pauperes Attici agri more Laconico expecta-
 bant) tempore tamen procedente, & perspecta pa-
 ce ex sanctione comparata, usq; adeo omnium est
 iudicio probata, ut sacra instituerēt si sachthie no-
 mine. Paulatim ergo compositis rebus, cauendum
 more medici optimi statuit, ne rursus in eandem ca-
 lamitatem incideret, compositis singulis pro cu-
 iusq; dignitate membris. Primium itaq; populi cen-

sum æstimandum duxit, ut quisq; pro suarum facultatum modo (si adesset uita & innocentia) dignitatem in rep. assequi posset, nulla habita plebeij aut patricij ratione: id tamen præcauendo, ne ulli potentiorum qui tunc in magistratu essent, inuito se abdicare liceret. Facile itaq; hoc tēperamento summos imis coniunxit, & ediuerso. nec enim antea licebat plebeio magistratum administrare. Quatuor ergo ex census ratione, populi partes fecit, *ἑξήκοντα ἑξακιστάριον* uel *ἑξήκοντα ἑξακιστάριον*, *ἑξήκοντα ἑξακιστάριον* & *ἑξήκοντα ἑξακιστάριον*. Modijs quingentis censebantur primæ dignitatis. Modium uerò de solo in quo possis modium serere, dici Varro his uerbis ait, Iugerū, quod quadratos duos actus habet. Actus quadratus, qui & latus est pedes 120, longus totidē: is modius & mina latinè dicitur. Medimna Cicero uocare solet, quorum in quolibet seri ut mensura Parisiorum sex modij solent. Is erat primus census. hi erant post senatorij ordinis uiros primo in honore. Patricij autem solebant in *ἑξήκοντα ἑξακιστάριον* eligi antequam Ariopagiticus senatus à Solone institueretur. Munus pentacosiomedimnorum erat, quum urgebat necessitas, aliquid rei publicæ conferre pro rerum usu: quos statim sequebantur eodem in munere secundi, trecentis censi modijs, dicti *ἑξήκοντα ἑξακιστάριον*, quod & equos domi per facultates alere possent, & tempore belli *ἑξήκοντα ἑξακιστάριον* persoluere, id est quantum homini

ATHENIENSIVM.

3.

Equo in annum alendo sat esset. Bini idem *σοφισταί*, quasi dicas mutuò iuncti, quia per facultates unus non poterat, præstare solebant. unus itaq; illorum censebatur circiter 150 medimnis. Aristoteles in Solonis institutis, quæ in Politicorum libris describit, horum non meminit. Opificum, cerdonum, proletariorumq; loco erant *δύται*, nec aliud reipendebant quam numulum, qui ab illis *δύτα* uocabatur. Fuisse uerò loco proletariorum, uocis arguit ratio. Nam *δύτα* prisca pro *ποιήσα*, id est faciã, edam, dicebant: unde *παιδοποιήτα*, id est proles pro creatores sunt dicti. *δύτα* alioqui significatio, mercenariorum nomen est. Nullum ius illis assequendi magistratus erat, quandiu census tenuitas eos in infimo contineret ordine. Hoc itaq; pacto Solon constitutis ueluti in certamine ad quos singuli contenderent finibus, morbo laborantem remp. reddidit sanam. Vt enim natura sapientissima magistra, quum uidet aliquid à se compositum ita uehementer omnes intendere neruos, ut loco felicitatis & boni, ad quod omnia tēdunt, sibi infelicitatem supote ingenio comparet, aut illud idem partium simul agentium in æqualitate sese conficere: sapientissima inquam traducit dut rem aut rei partem uitio intentam ad aliquod institutum ubi relicta prisca contentione adolescat finem consequendo propositum: sic sapienti legum instauratori est faciendum:

DE MAGISTRATIBVS

qua potissimum industria usus est Solon. Vt uerò
 probandarū legū fieret maior potestas, imponens
 & patricijs & plebeijs, illis, dum pollicetur tabu-
 larum stabilitatem, his Attici agri ex æquo (ut di-
 xi) diuisionem, omnium consensu, antequam roga-
 retur lex, probata, utrisq; imposuit: quod suo maxi-
 mo bono esse cum omnes cognouissent, usque adeò
 gratam habuere, ut sacrorum memoria illam con-
 secrarent immortalitati. quibus cōpositis, ubi om-
 nia ex animi sententia euenisse uidit, protulit hæc
 carmina:

Δύω μὲν γὰρ ἰδὼνα τῶσιν κρείττος ἕσασιν ἴπαρκα.

Τίμωσ' ἔτ' ἀφελῶν ἔτ' ἰπορξάμενος.

Οἱ δ' ἔχουσιν δύναμιν καὶ χροῦμασιν ἕσασιν ἀγροῖσι.

Καὶ τοῖς ἰσχυροῦσιν μηδὲν ἀγένης ἔχουσιν.

Ἴστω δ' ἀμφὶ βαλῶν κραιπρόν σάκος ἀμφοτέροισι

Νῦν μὲν δ' ἐκείνοσ' ἔστωσιν ἀδίκου.

Nunc populo quantum satis est, permiffa potestas,

Detrahtus nulli est, est ue negatus honos.

Viribus atq; opibus qui nomina clara ferebant,

Hos uetui & tenues quæ minus æqua pati.

Me obijciens scuti in morem, quod seruet utrosq;:

Neutra permiffi uincere parte nephas.

DE TRIBVVBVS, ET ALIIS
populi partibus. Cap. II.

Restituta populo pace, nobis de tribubus dicen-
 dum alius repetit a origine uidetur. Solent ferè
 omnes populi, nationes, urbesq; (ut inquit Liuius)
 suas cōsecrare origines, à claris scilicet hominibus,
 aut ab illis quos rudis & rerum ignara uetustas,
 mundi; adolescentia in deorū reposuit numerum,
 nomina sibi imponentes. ita alij Iouem (cuius uoca-
 bulū ex ueteris testamenti uocabulo יהוה factum
 ab ethnicis est) Martem alij, Mercurium, Pallada,
 Vulcanum, & huiusmodi portentosa deorum ui-
 tio nobilium monstra, ad maiorem uirtutis & anti-
 quitatis opinionem, suarum urbium aut generis au-
 thores, protectores, instauratores uendicant. Athe-
 nienses ergo quum non uideremur sibi satis una
 à Παλλάδι id est Pallade nobiles, uarijs etiam sui populi
 partibus, quas tribus dicunt, nomina ab eponymis
 dedere. Erant uerò ἡρώωνες, heroes, primi scilicet il-
 li quos suprema hominum memoria nouerat, qui
 uirtutis ergo statuas Athenis habebant, habuerant
 ne in eo Athenarum loco qui non longè à buleute-
 rio quingentorum uirorum erat: ut illis statuis tam
 uirtutis per memoriam præmium illis referri co-
 gnosceretur, quàm incitariētur omnes his exemplis
 ad uirtutem. Primum itaq; fuerat quatuor tribus.

11 DE MAGISTRATIBVS

Vna à Cecrope prisco (nam si Pausaniæ credimus, fuere duo) dicta Cecropis est: altera *αὐτὸς ἑσθ*, id est indigena, peculiari gentis uocabulo. Tertiam *Ἀετῆος* *ἀνταίω* dixit. Quartæ à maris uicinia nomē fuit *μαραθία*, quib. uocibus antiquatis, Cranaus quatuor diuersas indidit, Cranain à se, Atthidā, Diacrim & Mesogean. Altera uocabulo gentis, Diacris à summo loco urbis (sunt enim Athenæ in colle sitæ) Mesogea à media parte uocata est. Vt autem mater adulterium tegetet, Iouem patrem habuisse creditus est Erichthonius: qui ut patri falso credito gratiam referre simularet, abrogatis his, à dijs uocabula imposuit quatuor. *Ἀριάδα* itaq; primam à Ioue dixit, alteram *ἀδναία* à Minerva, sequentem *ἠπαρτιάδα* à Vulcano illic summopere coli solito nominauit, quartæ à Neptuno *νεοσθενίας* nomen fuit. Inde unaquaq; harum in tres partes (quas ita tribus à tribus, non à tribuendo, ut putant, dictas nouimus) diuisa, numerus ad XII peruenit. Nomen græcum est, etymi argumento. *τρίβυς* enim uocant *ἀτὸ τῶν τριῶν*, id est à tribus, ut Latini primum etiam à ternaria populi partitione in Tatiensem, Lucrem, & Rhannensem facta. Hæ duodecim partes tertiæ durauere ad tempora usq; Alcæonis 660 annis aut circiter. Iste oraculi Apollinis responso, X tribus à principibus qui ante illum regnauerant maiori fama, nominauit. Cecropis à Cecrope, Erechtheis

ATHENIENSIVM.

11

Erechtheis ab Erechtheo dicta, Aegæis, Pandionis, Acamanthis, Leontis, Oeneis, Hippothoontis, Antiochis, Acantis: quibus adiectæ sunt Antigoniæ & Demetriæ, ut XII numerum cõplerent: quæ ipsæ singulæ (ut pridem quatuor) in tres partes diuise reddebant sex & triginta tribuum numerum: quas Romani una minus sunt imitati. Vnde patet non tantum legi, sed & diuisionis populi Attici exemplo usos fuisse. Ista quàm magni sunt momenti, in rebus recipub. Atticæ perpendendis postea uidebitur. A quibus porro principibus, tribus nomina sumpsissent, illi XII eponymi dicebantur, quos nescio an uocet XII Atheniensem deos Herodotus in Erato, quoniam idem author quum aliquot nomina illorum ibidè adscripsisset, in Euterpe ait XII deos primùm in Aegypto cultos, indeq; in Atticam portatos, habuisse Pisis aram communem, quæ *Ἰσθμια* *Ἰσθμίου* *ἱερός*, id est XII deorum ara uocabatur. Reges uerò deos uocari, quòd aut regnarèt quadã æquitate, aut aliquando regnauissent, mihi præter copiosam amplissimamq; tam græcæ quàm barbaræ historiæ fidem author est primò Politicorũ Aristoteles. Vnde & deos et reges potuisse uocari constat, & illos XXIIII deos fuisse, XII Aegypto aduectos, totidemq; Atticæ reges. Pausanias in Atticis, ubi de Eponymis dicit se adferre sententiam Herodoti de illis, tamen lōgè diuersis nominibus et

Summa ab illo id facit. Pauciores enim duo decim adfert, ijsq; Attalum, Ptolemæum, atq; Hadrianum, cuius tempore scribebat, addit. usq; adeo gloriæ ardor, et populariū blandimenta ualebant, ualentq; ubi in aliquam opiuiōis partem procubuit ambitio. Sed de Eponymo magistratu suo loco. Cognito populo, illiusq; partibus explicatis, nunc ad magistratum narrationem est ueniendum.

QVOMODO ELIGERENTVR

magistratus Athenis. Cap. III.

Triplex fuit eligendorum magistratuum ratio: fors, populare suffragium, stemmatum claritas. Primam rationem græci ἀδύροϋ, alteram *ἡσπορία*, id est manuum extensionem (quæ in sublime à populo dum aliquem probaret, fieri solebat) tertiam *ἀεφορία* uocant, id est electionem. Sorte sortitōne deligebantur in eo loco quem Græci eam rem *ἀλλοτριότητα* dicunt, quicumq; iudicandi sengerentur officio: quo modo dux & singuli serè magistratus Venetorum eligi solent. Illam uerò rationem amplissimè suo loco tradam. Senatus ille qui Athenis ita eligebatur, *ἡ βουλὴ τῶν πτωτανοσίων*, id est consilium 500 uirorum dici solebat. Populari suffragio duces, tribuni militum, rei bellicæ & maritimæ præfecti suo munere sungebantur. Quibus suū munus concedebat propter opes & nobilitatem electio, illi erant *ἡσπορία*, id est Choragi in ludis sacris

et sacrificijs: quo in munere liberalitatem summam
 exercebant, impensas proprio ere & facultatibus
 suppeditantes. Hi erant numero X. quo in honore
 se fuisse Demosthenes in oratione aduersus Mediā
 ostendit. His tribus generibus omnia reipubl. vincu-
 la constare abunde patet. Ab iniurijs enim domesti-
 cis, uicinorum, exterorumq; ius dicēdo iudices de-
 fendunt, fines conseruat & auget miles, religio ex-
 piat animos. Nunc quo se ordine singula dignita-
 tes offerent, eas describam, ab Ariopagitis exor-
 dium ducendo.

DE ARIOPAGITARVM SE-
 natu. Cap. IIII.

ET literarum omnium memoria, & sua equita-
 te seueritateq; longē celeberrimus est habitus se-
 natus Ariopagiticus, quem Graij *τὸ ἐν ἀρείῳ πάριον*
 & ἀριόπαγιτον *βουλιόν* appellant. Ut maximo honore
 erat, ita numero ciuium non paruo quamuis incer-
 to constabat. Incertus numerus inde procedebat,
 quod ex nouem Thesmothetis, de quibus suo loco,
 solerent in eum ordinem annuo magistratu statim
 defuncti, reddita totius anteaetate uitae apud Lo-
 gistas ratione, quidam cooptari. Accessuri Logi-
 stae, qui à publicis rationibus magistratus erant, no-
 men praconi edebant, proclamareq; his uerbis iu-
 bebant: Quis uult talem tali et tali functum magi-
 stratu de anteaetate uitae accusare facinoribus? Qua
 procle-

proclamatione quiuis, modò probando esset, accusator admittebatur. uerum ista in Logistis melius. Illa seuera quidem certè admodum ratio paucos reperiebat usque adeò omni nota carentes, ut innocentia freti augeret eum ordinem. Qui uel sordium (quæ res alioqui plerisq; satis familiaris uidetur, cum si ad uictus rationem munerum illa receptio pertineat, iudicibus lege sit permissa) uel fauoris, uel admissi criminis notam iniustam semel habuisse probabatur, is nunquam in tam inuiolabile cõsortium admittebatur. Et ne ullus fraudi locus relinqueretur, sub dio palàm presentèq; populi totius corona illa ratio coram senatu putabatur. Quotannis itaque illa ipsa ex Thesmothetis plures eximens, & numerum relinquebat incertum, & deteriora in hac mortalitate longè melioribus superiora esse ostendebat. Lectus ille ordo ac institutus à Solone antiquata ^{in re} seueritate legiur. Erant enim ante Solonis instituta, LI. epheta, id est præfecti, qui de capitalibus causis ac furtis sententiam (quod ante illos regis fuerat officium) ferebant. Istorum ergo nomine Solon præsentem senatum constituit, summæ in Rep. authoritatis: qui non solum de capitalibus causis ius dicebat, uerum de quibuslibet grauioribus, non secus quàm olim iudicum de curiæ sortitò & subfortitò à prætore apud Roma uos delecta: & hodie in Gallia primùm de crimina
 libus

libus suppratores, secūdo de ui illata: ac supremus in summis curijs senatus tam primū quā ex pro uocatione cognoscit. Quum uerò cause postula bat grauitas, Ariopagitis addebatur ex ceteris ma gistratibus nō pauci ueluti subadiuue, quemadmo dum in delegatis à supremo senatu causis hodie fie ri est in usu. Si magistratus noui eligerentur aut in stituerentur, si reip. gratia aliquid quod ad omnes æque pertineret, in deliberationē proponeretur, si lis sæpius ob ambiguitatem dilata se offerret, co gebatur illa iudicium multitudo, ex qua queri non liceret: uocabulo uerò Attico cœtus ille ἡ σύγκλητος βάνη, aut κωνουλία, id est congregatio uniuersor um dicebatur. Porrò Ariopagitarū magistratum dicere Græci consueuerant ἀίωνα et ἀδίαδοξον, id est perennem, & uicissitudinis expertem, ad cæte rarum scilicet dignitatum discrimen, quod illæ cer tis temporis periodis exui & deponi solerent, is nunquam. Quamuis autem sine ullo discrimine om nia nefaria publicè uindicarent, tamen peculiaris erat illorum cognitio de ueneficijs, incēdio, cæde, & uulneribus consultò atq; extra primum animi motum illatis, deq; insidiarum aut proditiōis in patriam molitione (quæ res in populari statu, par est læsæ maiestati in monarchia) & plurimis alijs. Mos uerò iudicandi illorum, quantum literarum monumentis est proditum, talis fuit. Statuto reo,

aut

aut accusato pro reo, post primam questionem testibus & coniecturis atque probationibus adornata (nam alioqui accusare non licebat, nisi talionis poena) statim sententia ferebatur, nec in multum tempus differri solebat: ut fere solet Venetijs fieri apud decem uiros: ubi tamen prius ab aduocatoribus & quadraginta uiris criminalibus accusationes sunt prolatae. Nolo multorum iudicum criminalium negligentiam hic sepius expertam attingere, quum ipsa se satis aperiat. Non licebat Ariopagitis ad misericordiam flecti. In hoc enim cum seueritate *ἰσχυρῶν* conueniebant, quod pari poena par delictum multabatur. Id uero sacrosanctum ueluti ac summum in ipsis laudat Aristoteles principio Rhetorices, dum ait, *ἀπαρτὶς γὰρ οἱ ἡσυχία δὲν ἔτι τῶνδε νόμων ἀρετῶν, οἱ δὲ τῶν χερῶν τῶν καλῶν οὐδὲν τῶν σπῆρματων ἔχουσιν, καὶ ἀπὸ τοῦ ἀρετῶν τῶνδε νόμων ἐστὶν τὸ εὐμίσθον.* quorum uerborum sententiam paucis admodum & elegatissime Quintilianus V I. institu. or. appendit. Athenis, inquit (quo nomine Ariopagum intelligebat) affectus mouere, etiam per praeconeum prohibebatur orator. Hoc etiam illis fuit eum decem uiris Venetis commune: nunc etiam incipit & in nostris summis curijs esse familiare. Ne uerunt enim senatores clarissimi longo rerum usu edocti, nil esse quod rhetorum et causidicorum eloquentia uersuta uel non possit euerti, inq; diuersum

trahi.

trahi, ita ut ex summa æquitate, summa iniuriâ, et
 e diuerso, procreare uideatur, si semel auditorum aut
 iudicum animos in suam sententiâ traduxerint. qua pe-
 ste etsi hodie careant curiæ nostræ, tamen longè
 crudelius monstrum domi alebant causidici quidam,
 opiniones doctorum opinionibus addendo, diuer-
 sasq; iuris scripti in æqui boniq; euerfionem alle-
 gando, & (si nihil aliud) curiam ipsam occupando
 ne aduersarij causam intelligat: donec tu Poyete
 Cæcellarie æquissime, illis nebulonibus præscriberet
 dum regia sanctione curasti: ne quid adferrent alle-
 gationis in simplici rerum narratione, pariter in
 questionibus et probationibus, uetuisisti. Verum ad
 institutum redeo. Tanta erat Ariopagitis in iudi-
 cando fides & integritas, ut si quis etiam scelestus
 admodum creditus, post causam apud illos dictam
 euaderet impune, nulla eum uis, nulla authoritas
 posset de ea causa appellare. Nulla illic erroris pro-
 positio, nulla secunda senatus occupatio locum ha-
 bebat. Forma iudicij talis fuit. Coniecto in uincula
 reo (singe de cæde agi) per præcones & apparito-
 res uocabantur interfecti hominis necessarii, dome-
 stici, parentes, amici: quorum arbitrio (quod ho-
 die iudicij æquitate fit) de pœna statuebatur, fere-
 baturq; sententia secundum damni accepti ratio-
 nem: qui mos hodie quia est Turcis in usu, à me re-
 ferri amplius potest. Cadhi, quod nomen apud Ara-
 bes

bes iudicem significat, comprehēso reo homicida, curat statim sisti parentes perempti: & si illi defint, necessarios, aut illos ad quos ex illius uita utilitas peruenire poterat. Alioqui si defint illi, nomine principis & legum, more procuratoris aut aduocati regij, iuris scripti & talionis pœna punit. Rogat presentes utrum malint hominē talione an multa puniri, ferturq; pro illorum uoto, si tamen modum non excedat, sententia. Æstimant hominem solidum sexaginta asprorum millibus: quæ summa ad nostram pecuniam æstimata mille & ducentos aureos numos reddit. Nam asprū genus argenteæ monetæ est nostro Caroleo numo penè par. Id æris compēsāt mortis damnum. Dimidiū, hominis dimidiij loco adiudicatur. Dimidius homo est, cui pes, manus, oculus, aut præcipua partis corporis usus deest. Paris proportionis ratio in corporibus aut inutilioribus partibus obseruatur. Verum ista compensatio ideo rarius fit, quòd non statim, flagrantiq; (ut aiūt) delicto possunt unà sisti reus et affines. Pupillis, mutis, linguaq; impedita hominibus succurrit prætor in rebus pro conditione æstimandis. morte itaq; aut multa reum illorum nomine multat. Ariopagitarum ut erat maxima in iudicando diligentia & sedulitas, ita rarius id muneris infrequentiusq; subibant. Singulis enim mensibus tribus tantum diebus iudicabant quinto, quarto, tertio

Cal. cuiuslibet: qui dies ita græcè dicti sunt. τριὰς τε
 φθινορος, βίτη φθινορος, Ἀδύτη φθινορος, id est quar-
 ta, tertia, secunda decrepantis et iam finientis men-
 sis. nam græcos Calendis carere uel parœmia do-
 cet. Præterea non coibant, nisi ob rerum necessita-
 tem fieret ἡ σύγκλητος βάνη, id est indictiuum consi-
 lium: cuius conditio quod ad magnum numerum at-
 tinet, nõ est absimilis magnis Venetorum comitijs,
 singulis octonis diebus semel ad magistratus deli-
 gendos tantum cogi solitis. De hoc senatu, mul-
 tisq; alijs cum Romanis & Gallis, tum Atticis scri-
 psit utriusq; linguæ instauratæ lumen G. Budæus
 in annot. primis in Pædect. l. ultima, de senat. cuius
 sententiam etsi ex ipsis unde illam desumpsit aũtho-
 ribus possem adscribere ne quid prætermisisse ui-
 dear, paucis, adferam. Ait itaque ex Luciani uer-
 bis, iudicia noctu & silemio in Ariopago tractari
 solita: primò, ne dicentis rationem ullam apud se
 haberent, qui rem nudam sineq; proœmio & per-
 sonarum ratione audire uellent: alterum, ne inter-
 ruptionibus inter disputandum fieri solitis, se inter-
 pellarent, atq; sententia dimouerent. Inde nata est
 parœmia, ἀποκρίτη τρυφή, Ariopagita subti-
 cencior, dici solita de prudentibus & taciturnis ui-
 ris. Nec uerò una tantum fuit taciturnitatis ratio.
 nam & reum præterea attentius respondentem au-
 distant, & iudiciorum secreta nunquam euulgare

solebant: tabellaresq; edebant sententias, ne ex maioris authoritatis, etatis aut eruditionis uiri, qui prior sententiam dixisset, præiudicio ab opinione sua discederent, aut (quod multi solent hodie) ad idem, responderent. Cum illis in tabellari sententia conuenit ferè omnibus Venetis magistratibus, ea de causa quam supra attuli: cum X. uiris autem capitalibus, ne prodeant in vulgum aut sententiæ, aut secreta iudiciorum: utrisque optimo iure sanè. Illorum authoritas enim nūquam potest imminui, dum aresta illorum nunquam rescindi aut calumniari contemni ue ab cæteris magistratibus, aut etiam à plebeijs possunt. quare quæ in republ. pestis oriri deterior possit, nō uideo. omnia enim pessum eunt, cum semel aut imminui aut negligi legum & magistratuum uis coeperit, sensimq; iugum infringi ceptum excutitur. Itaque meo iudicio non deberent illi magistratus à quibus non est prouocatio, tam temere euulgare sententias, ne arbitrio uiriligatorum illic antinomiæ pleræq; reperiantur. Post Græcorum sententias uidendum quid Latini de Ariopagitis scripserint. Valerius Maximus de illis ita scriptum reliquit: Eiusdem urbis (de Atheniensibus proximo capite egerat) & sacrosanctissimum consilium Ariopagus quid quisque Atheniensium ageret, aut quonam quæstu sustentaretur, diligentissime inquirere solebat: ut homines honestatem, memores

memores uitæ rationem reddendam esse. sequerentur. Eadem bonos ciues corona decorandi primò consuetudinem introduxit. nam & uirtutis uberrimum alimentum est honos &c. Quum istud ita habere sit scriptoribus compertum, credendum est, quo tempore non iudicabant, id perquirere solitos. Vt ut sit, certum est insigni quadam prudentia & penè diuina fuisse, quòd Cicero acerrimi iudicij homo illum senatum cum mūdi rectore Deo potius comparatum uoluerit, quàm Romanum. Ait enim: Negare hunc mundum providentia regi, idem est ac si quis dicat Athenas sine Ariopagitis regi cōsilio. Quod ait Plinius Naturalis historię septimo, primū capitis iudiciū actū in Ariopago, mihi non uidetur rationi consentaneum. Ex omnibus enim Græcis authoribus liquet Solonem hunc magistratum instituisse (quod iam docui) quasi ad seueritatis ephetōn moderationem. Atqui Draconem, qui hos instituerat, longè Solonem precessisse constat, tamq; seueras leges in improbos statuisse, ut pœna capitali uel quodlibet holusculi furtum plecteretur: unde dici uulgo solebat, Draconem non atramēto, sed sanguine humano leges scripsisse. At quis credat fieri posse sub tali legū seueritate, tanto tempore tot improbis in repub. perpetuò agentibus, ut omnibus seculis sit uerum dictū poetæ, τὰ χερσίων ἐβίονα, deteriora uiuunt, neminem improbitatis de-

disse pœnas? Fieri sanè non potest. Quòd si quis comendat Plinium intelligere in Ariopago, id est Athenis, aut suprema literarum memoria: primum quidem esse uerum uix poterit, quum ante ullum Græcorum imperium, iam florentissimæ res Persarum, Assyriorum, Indorum, Aegyptiorum, Syrorumq; ipsa uetustate collapsæ fuissent, quæ sine facinorosorum pœna regnare tandiu non potuissent: Alterum non arguit uerum fuisse, etsi scripserit nemo cuius saltem extet scripta. Quauis enim literæ ipsæ præclarorum facinorù iuxta hominum memoria sint conseruatrices, tamè non statim est credendum, si quid aut nulla hominum memoria, aut nullis literarù monumētis est celebratum, id protinus non fuisse: nec si quid ignoras, id propterea minus in rerum est natura: nec, ut inquit Lyricus,

Sola comptos arsit adulteri
Crimes Helene. Et paulò pòst,
Vixere fortes antè Agamemnona
Multi. Pauloq; mox,
Paulum sepultæ distat inertie
Celata uirtus.

Itaque nulla in parte uero consentanea dixisse uideatur Plinius: quod etsi illi in hoc loco, inq; multis alijs comigerit, non est mirandum, quum uir senatoriæ dignitatis, inq; reip. muneribus occupatus, succisiuis horis uix posset quot excerpfit describere.

re. Hanc uerò sententiam lectori excutiendam relinquens, ad alia transeo. De huius senatus dignitate sunt omnia apud authores plena: uerum una oratio Demosthenis in Aristocratem, hunc satis aperiet: quæ quia amplissimè quæ iam tradidi explicat, ad illam lectorem remitto, quum alioqui nil sit à me in illo describendo prætermissum.

DE NOMOTHE TIS.

Cap. V.

NOMΟΘΕΤΩΝ nomine plura Græci dignitatum genera intelligunt: quæ mihi prius aperienda uidentur quàm ad rem de qua sum dicturus, ueniam. Tres olim nomothetas apud Athenienses fuisse, authore Suida, reperio: Draconem, Solonem, Æschylon, non quidem illum poesi celebrem, sed quendam alium Athenis natum, non usq; adeò apud authores celebratum. Secundo νομοδῶται legislatores quicumque sunt. Verùm ut ad rem facit uocabulum, præcipuè intelligebant Athenienses unum ad mille selectos ciues, quibus legû antiquarum fiebat potestas, quum non uiderentur amplius esse ex reipub. usu, ac præterea illarum examinandarum quæ aut emendandæ, aut immutandæ, aut demum sanciandæ uiderentur. Est enim ἑταῖροι legibus humano consilio natis, quemadmodum ἑταῖροι rebus naturalibus, etsi paulò obscurior, nostræq; mortalitati minus cognita, uetustas: quam ubi sen-

fere, usus consuetudine aut desuetudine aut abrogandæ aut emendandæ sunt: quod ipsum (nisi ubi iure scripto, ut uocant, id est Cæsareo siue ciuili uentur) in iure ciuili Romanorum patet. Nam bonis pars de seruitutibus, de seruis, noxa, iure personarum, hereditatis uaria distributione, & infinitis alijs tractationibus agit, quæ in Gallia (ubi præcipue ius ciuile, quod consuetudines uocant, atque regia & curiarum placita locum habent) ut parum est in usu, nisi ut à simili iudicando, ita partim explorandam censerem, ut tempus illud quod studiosi iuris in illam insumunt, daretur iuri ciuili, postquam quæ nobis sunt in præcipuo usu, diligenter didicerint. Nobis propositi nomothetæ ius tantum habebant referendi coram populo toto, probarentne an improbarent leges plebiscitæq; nec enim poterat ulla rogatio probari, rataq; haberi, quin uniuersi magistratus nomothetis subscripsissent. Hi etiam iudicandis grauioribus causis solebant interesse, eorumq; sententiæ si non pareret aut actor aut reus, tribus drachmis præsentate archonte multabatur. Hæc est Pollucis sententia. Verum Budæus ex Demosthene paulò aliter latiusq; explicat quomodo illæ leges solerent proponi. eius ideo uerba adscribam: Solonem commemorat Demosthenes inter alia cum legibus suis hoc quoque instituisse, quum lex aliqua ad populum ferretur, ut à legisla-

à legislatore primum recitaretur, deinde in loco maxime celebri totius urbis maximeq; conspicuo proscriberetur, ad tertiam concionem usque, (non aliter atque leges Romæ trinundino die promulgari solitas Macrobio referente nouimus) inde scribæ ut daretur palam pro-cōcione legenda: ut si cui quā quid nō placuisset, in mediū id proferret: & si ea tum quoq; populo placuisset, ita demum nomothetæ daretur postremum probāda, qui uti eā probasset improbasset uē, ita ferretur, antiquareturue. Ipsi autē nomothetæ ex iudiciū numero deligebantur, ut eam operam populo iurati ipsi nauarent. Hæc Budæus: cuius comparatio ut planior fiat, locum Macrobij adfero: Rutilius (ait) scribit, Romanos instituisse nundinas: ut octo quidem diebus rustici opus facerent, nono autem die intermisso rure, ad mercatum legesq; Romam accipiendas uenirent, ut & scita atq; consulta frequentiore populo referrentur, quæ trinundino die proposita, à singulis atque uniuersis facile noscebantur: unde etiam mos tractus ut leges trinundino die promulgarentur. Hactenus Macrobius.

DE LEGVM CONSERVATORIBUS, quos Græci νομοφύλακας dicunt.

Cap. VI.

Differabant à nomothetis νομοφύλακας, quibus à legibus seruandis ut nomen, ita & officium e-

rat. Frustra enim fuissent à nomothetis leges ex-
 ploratæ probatæq; nisi præscripti illarū sit usus,
 secundumq; eas iudicaretur: quod nomophylaces
 ut fieret curabant. Cicero libro de Legibus tertio,
 illorum officiū diligenter explicat: Græci hoc di-
 ligentius, ait, apud quos νομοφύλακται creatur: nec
 ij solum literas (nam id quidem etiam apud maio-
 res nostros erat) sed etiam facta hominum obserua-
 bant, ad legesq; reuocabant. Hæc Cic. secundo di-
 gnitatis gradu erant Athenis νομοφύλακται, ut qui
 πρὸς τοῖς (quorum nomen à primis sedibus quas illi
 ante cæteros habebant, deductum est) assiderent,
 strophio quodam lineo (quali honoris gratia dux
 Venetiarum hodie ornatur) capite redimiti. tan-
 tus erat honos priscis incolumitatis reipublicæ cō-
 seruatoribus, tantum legum studium. idem enim
 est nullas habere leges, & multas quidem scriptas
 habere, nullis uerò uti. Cæterum is ordo legi sole-
 bat ex ipsis Ariopagitis: illorumq; præstantissimi
 etiam hanc curam legum habebant sanciedarum,
 tuendarumq;: quod erat sacrosanctum munus. τὰ
 ἐκ τῶν νόμων uerò νόμοις in ius rapiebant quisquis legem
 omnium consensu nõdum examinatam, ueluti diu-
 tius proscripam, inter probatas recipi curaret,
 quale ab oratoribus factionum & questus gratia
 solebat fieri. Nil enim uetat, homines in uno con-
 stitutos ordine, dum aut ab officio quandoq; respi-
 rando

rando supersedent, aut quum causa uehementior
 urget, uario tempore uarijs alijs muneribus in Re
 publica sãngi: quod in supremis Gallie curijs ma-
 ximè patet. Illarum enim partes quædam, quæ ad
 capitales causas ab inferioribus, aliæ quæ ad rerũ
 actionem sunt constituta, perpendentes, adpro-
 bant uel reprobant: itaq; rata habetur sententia.
 pars indictiua concilia, alij peculiarem quandam
 causarum cognitionem (commissiones uulgò, &
 relationes litium uocant) statutis temporibus, alij
 rationes rerum fiscalium, & alia sexcenta officia
 subeunt, quum tamen unum sint corpus, & curiæ
 Præsides Consiliarij q; dicantur. Antiqui uerò non
 usq; adeò rerum longo usu edocti, nec adeò periti
 quomodo unus idemq; magistratus nullis uarijsq;
 rebus præesse posset, uarios deligebant ordines ad
 singula, quæ ab uno hodie sunt senatu. Non sunt
 his absimiles quadraginta uiri causarum capita-
 lium apud Venetos. Nam de criminibus & causa
 integra & ex prouocatione cognoscunt, legumq;
 maiestati cum VI. uiris sex regionum urbis (uo-
 cant uulgò sextariam) præfèctis præsent, præsen-
 teq; ac arbitro sententiarum Duce de illis statuũt.
 In hoc uerò differunt, quòd sunt illorum in rebus
 capitalibus sententiæ Decem uiris ex prouocatio-
 ne obnoxie. Præterea si quid in Ducem, Rempu-
 blicam, religionem, inq; naturæ perniciem (cuius

modi est cinedica foeditas) admissum est, statim id iudicant decemviri. Legibus conseruandis, pariter & idoneis iudicibus in singulas prouincias & loca deligendis, praesunt apud Turcas duo uiri magna corona doctorum & bonorū uirorū septi (caadilecher uocant) primae auctoritatis, prudentiae & scientiae uiri, quibus iudices coguntur rationes reddere, inq; sententia parère, quum quicquā malè iudicauerint. Prouocationes enim apud illos & sunt, & ab ipsa suprema curia quā diuam appellant, remittuntur. Quum uerò casus ratio profulcat, tunc uterq; senatus de illo cognoscit & iudicat praeside uno quatuor Bassadum, praesemib; uerò omnibus primae auctoritatis uiris. Hi ordines id officij explent quod apud nos Cancellarius, qui reuera solus *voiuquraf*, id est legum uindex dici potest. Cogit enim, ueluti in corpore animus, omnes iudices & magistratus secundum leges aequiq; & boni praescriptum iudicare: & si quis contra fecerit, aut poenam ipse decernit, aut cum summo Galliae consilio re agitata, praemijs digna refert, quicumque legum maiestatem imminuerit. Ediuerso tui in remp. animi beneficio Poyete, quotquot ipsa uirtus ad magistratus potest euehere dignitatem, non fauoribus, non sordibus, non demū secundum ambitionem (quae res non pauca ante tua tempora praecleara ingenia deiecit) sed infractio animo eue-

his promouesq; quod & si debebat illorum qui ante te in illo fuerunt officio, munus: tamen re ipsa apparet te plura uirtuti biennio nondum exacto dedisse, quam tota patrum memoria ullus Cancellarius fecerit. De dignitate uero Cancellaria, & ceteris Gallie magistratibus aliis. Vnum uero addam, quod Cancellario & nomothetis atque *νομοφύλαξι* conuenit, ob uitæ integritatem esse in perpetua dignitate, quoad uita & æquitas comes fuerit.

DE QVINGENTIS VIRIS.

Cap. VII.

O *ἑξήκοντα*, quingenti uiri, nomine ordinis numerum aperientes, tam dignitate, fama, quam officio, secundum post Ariopagitis locum obtinuerunt: quorum apud Græcos authores ita frequens est mentio, ut nulla plane causa, nulla oratio illos non celebret. Hi enim ciuilia munera, rerūq; actiones, de quibus quotidie popularibus lis oboritur, iudicare solebant. Tempore functionis ab Ariopagitis ita differebant, quod hi erant *Ἀρχαῖοι*, permutatores, id est quotannis sorte eligi soliti: illi erant *ἀεικόνοι* *ἡγεῖς ἀεικόνοι*: ut iam ante dixi. Erant hi quoque tempore iudicabant, quo in munere sunt prætores, & supræfecti, quos bailliuos aut locū tenentes ciuilem dicimus. Annuo uero spatium tantum eam dignitatem habebant, ne (quod nimis crebrò in locis non paucis experimento uidetur) sordes, atq; cetera

rae quae inter iudicandum possunt euenire corrupte
 la, beneficio prorogatae dignitatis tegerentur al-
 rēturq;. Magnus uerò numerus faciebat (quod ea de
 re seruatur in curijs quas parlamenteas uocant) ne
 facile quid uicij in consortium irreperet. Verum
 quia tanta multitudo una & in uno posita loco
 uix potuisset sua exequi munera, in decem partes
 diuidi solebant secundū tribuū numerū: quibus sin-
 gulis quinquagintaui ex eo numero obtingebāt,
 suoq; loco triginta & quinque dierum spacio ius
 dicere consueuerant. Is uerò dierum numerus de-
 cies repetitus annum lunarem trecentis & quin-
 quaginta diebus constantem, qualem Athenis ob-
 seruare solebant, reddit. Noster uerò solaris illum
 diebus quindecim & quadram superat. Propter
 itē copiosam multitudinem ex illis quinquagin-
 ta, X. eligebant, quos *πολιάρχαι*, id est praesides (ut
 dixi) nominabant: ex quibus ipsis tantum septem,
 per singulos scilicet dies hebdomadis, sortitio elige-
 bantur. Quo die quisq; rebus praerat, arcis con-
 seruabat clauēs, dicebaturq; *ἀρχηγέτης*, praeses, &
τῆς κλῆς τῆς ἀρχηγέτης τῆς πόλεως, cui arcis clauēs cre-
 debantur. Verum de his paulò post. Quum quin-
 quagenarius numerus suo officio fungeretur, uoca-
 batur iam mutato nomine prytania, aut *ἡ πρυτανία*
ἡ πόλις, tanquam à frequentiori cura *τῆς κοινῆς τῆς πό-
 λεως*, recondendi & seruandi frumenti in publicam
 neces-

Neceſſitatem. Non deſunt qui dictos ἀπὸ τῆς πρυτανείας
 uelint: τὰ πρυτανεία uerò pecunias publicas eſ-
 ſe, quas actor & reus etiam poſt iuſſurandum
 de calumnia (in quo fidei bonæ anchoram ut præ-
 ſcripto legum ponimus, ita omnino parum fidei
 eſſe uidebant) in ararium publicum deponere co-
 gebantur: ut qui cauſa caderet, diſceret etiam hæc
 multa iam oppignerata atque depoſita, nec temerè
 iudicis aures occupare, nec litem iniuſtè incipere,
 aut alterum iniuria in ius rapere. Licebat enim cui
 libet, aduerſarium, aduocato teſte, qui aſſereret in
 ius uocatum uenire noluiſſe, in ius rapere atq; tra-
 here nolentem, non modò Athenis, ſed & Romæ.
 Athenis uerò pecunia depoſita, loco teſtis erat apud
 Romanos uocari ſoliti. Proculdubio mea quidem
 ſententia, ſi præter iuſſurandum de calumnia,
 multa quædã pro litis ratione deponeretur, ab a-
 ctore præcipue, & ex illo arario ſatiſfieret iudici-
 bus iuſtis in cauſis uerſantibus, ad hæc inde deſume-
 retur nomine tenuiorum, qui potius perderent
 ſuum contra potentiores ius, quàm ſummam depo-
 nere poſſent lite dignam, ut temeritas debilitati
 conſuleret: tolleretur maximum fomentum litium.
 Quis enim credat ut uel pili faciat ſacramentum,
 qui proximi uitæ, fortunis, famæ demum moliri in-
 ſidias non erubescit? Verùm parum uideret conſu-
 lere multis ſanguisugis, litiumq; alumnis. Redeo
 itaque

itaque ad meos Prytanes, quos ἀπὸ τῶ πρυτανείῳ, id est à sportula dictos ostendi. Illa pecunia depositis cumulata, iudicibus persolvendis, & illis quibus meriti in rempublicam & uirtutis ergò uictus dabatur, alendis seruiebat, τὸ πρυτανείου crebrò minabantur sceneratores debitoribus se in ararium deposituros, ubi plus tempore non poterant amplius petere, ut scilicet miseri debitores ære alieno obruti, cum non possent statim esse soluendo, cogèrentur augere fœnus. Huius rei fidem facit Aristophanes in Nebulis, his uerbis,

ὁ νόμος πρυτανείῳ ἢ μνηστῆρσι σὺλῳ ἔχῳ.

Moriar ni te in ius depositis prytanijs uoco. uerba sunt sceneratoris ad oberatum. Singulari autem uoce tantum τὸ πρυτανείου locus erat in quo iudiciorum causa coibant prytanes, unde nomen. Præterea ubi de rep. benemeriti diligenter & colebantur & alebantur. Maximum hunc honorem in rep. fuisse, Cic. primo de Oratore, testis est locupletissimus, ubi de Socrate agit his uerbis: Erat enim Athenis reo damnato, si fraus capitalis non esset, quasi pœnæ æstimatione. ea sententia quum iudicibus daretur, interrogabatur reus quam quasi æstimationē commeruisse se maximè confiteretur: quod quum interrogatus Socrates esset, respondit se meruisse ut amplissimis honoribus & præmijs decoraretur, & ut ei uictus quotidianus in prytaneo publicè præberetur,

tur, qui honos apud Græcos maximus haberetur. Hæc Cicero. Hic ordo solebat edicta, decreta, psephismata (ut Græca uoce Cicero dicit) plebiscitaq; omnia explorare, ac de legibus perperam latæ sententiam ferre, alioqui enim sine illa prouidentia facile imperitæ plebi fuisset impositum. plebs enim non raro ea rogat, & probata cupit, quæ manifestò in eius ruam perniciem, nisi consilio et prudentia coërceatur. Primum itaq; populares pro rerum suarum usu edicta proponebant, quæ statim ab 50 uiris perpêsa Thesmothetis dabantur, ut iam docui: qui si probassent, incumberebat opus nomophylacibus, ut proclamari & seruari curarent. Erat in illū grauissima actio, qui ex populari consensu solum probatam legem, ratam asseruisset, & in loco probatarum adscripsisset, dicebaturq; *παράνομος*, id est perperam latæ legis actio. ille qui accusabatur, *ἡ παράνομος ψήφισμα*, qui iniquum & præter morem decretum scripserit, qualiter fecisse Androtionem & Aristocratem, eloquentissimis orationibus monstrat Demosthenes. Verum de hac re scripsi iam in de Actionibus. Ab hoc ciuili & quotannis mutari solito magistratu, festi dies, bellorum tempora, fœdera, legationes, rogationes, edicta promulgata, et in summa ad priuata usq; quæcunque rationem temporis habebant adnexam, supputari & scribi solebant, ueluti apud Romanos

Romanos à cōsulibus, hac forma ἐπι ἀρχοντας πολυ-
 κλέες, ἡλῶες βονδορμαῖῶνες ἐκτι ἐπι δίκας, φῶλῆς πρυτα-
 νάβους πᾶνδιονίδος, ἀμμοδίνος πᾶανῶς ἔγχαρτε ψή-
 ρισμα. Principe Polycle, mensis Iulij decimasexta,
 tribu Pandionide iudices reip. exhibēte, Demosthe-
 nes Pæaneus decretum tulit. Qui hic nominaba-
 tur, erat ἀρχων, de quo suo loco: quæ tribus adfer-
 tur, illa est cuius 50 uiri ex quingentis sumpti Rem-
 pub. tunc moderantur. Cæteri Græci ab Olympi-
 adibus, Mosolami à Muhamede, nos à Christo, Iu-
 dæi à mundi exordio, & quæq; gens ferè à capite
 persuasionis rationes init temporum. Ad alia nūc
 transirem, nisi horum iudicum officium me admo-
 neret quadraginta ciuiliū causarum iudicū apud
 Venetos: qui ut magis innotescant, paucis Reipub.
 præstantissimæ mortem iudiciorum exponere uis-
 sum est. Ter quadraginta uiri, non ita tamen ma-
 gnæ authoritatis nobiles, eligūtur ita, ut XXIII
 mensibus tam capitalibus quàm ciuilibus præsent,
 hoc modo: Primi quadraginta noui causis extero-
 rum & peregrinorum, quorum ingens Venetijs
 multitudo agit, octonis illis mensibus præsent uelut
 loco tyrociniij: post quod tempus urbanis de re-
 bus, substitutus in suum locum alijs, iudicant. In pri-
 mo uerò loco, ordo ille consilium nouum, in secun-
 do uetus, aut (ut uulgò) quadraginta ciuiles, dici so-
 let. Iam exactis in duobus illis se decem mensibus, ue-
 luti

luti probati, committuntur capitalibus causis iudicandis, loco ciuilium XL. uiri criminales dicti. Eam uerò dignitatem tunc assequuntur, quanuis sint ut plurimum iuniores, ut in senatum admittantur, iusq; suffragij etiam habeant in causis grauioribus. Ad hæc triumuiui ex illis in binos menses eliguntur sortitò, qui præterquam quòd ius suffragij habent, etiam Duci, qui magnus est honos, sua quisque uicissitudine asidere potest: pariq; cum ipso authoritate de rebus ipsis tam ad senatum quam ad magnum consilium potest referre. Forma uerò iudicandi & in ciuilibus & in capitalibus causis ferme una est. Suffragijs enim fit, quod olim Romanis in usu fuit. Veneti enim causa ultro citroq; agitata, habent tres diuerso colore urnulas, in quarum unam condemnationis, in alteram absolutio- nis, in tertiam dilationis amplioris discussionis gratia, globuli linei demittuntur, ita ut nemo possit ex præiudicio alterius fauori dare locū, nec etiam ex suffragij decidentis in urnam sono. Extracta suffragia imponunt causis finem. Romani nõ calculis aut fabis globulis ue, sed duab. literis condēnabant aut absoluebant: duabus, non liquere significabant. A, ut notauit Asconius Pedianus, salutaris erat litera, absoluiq; reum petebat. C tristis, condēnabat. NL, non liquere notabat. In capitalibus causis à Græcorum usu ◊ literam, qua ◊ ἀνάτη, id est mor-

tem significant, accepisse etiam Romanos, nigrūq;
theta appellasse, literarum monumentis reperio.
Verūm ad mea me recipio.

DE ARBITRIS.

Cap. VIII.

Q Via causarum ciuiliū maior numerus quoti-
die oboriebatur, quā quibus terminandis, &
nouis audiendis satis essent quinquaginta uiri tri-
buum: ut hic succurreretur, quadraginta quatuor
dicuntur, id est arbitri eligebantur, partim sorte,
partim electione. Nam sexagesimum annum exce-
sisse illos oportebat, & non infimæ esse notæ, sed
in signi probitate uiros: quamobrem eligi solebant:
in q; locum constitutum bona pars cōstituebantur,
ubi à litigatoribus possent statim conueniri. Sic ue-
rò adibantur. Actor & reus ex composito quosuis
deligebant ex eo numero, ea lege, ut si lis apud illos
contestata inceptaq; esset, necesse esset, ut & apud
Romanos, illic terminari: alioqui multabatur qui
sententiæ illorum non paruisset. Succurrebatur ue-
rò lesō, duplici remedio. Nam & illic iudicij cau-
sam reddebant, & ex appellatōne poterat adiri
dicuntur, iudex ciuilis, causæq; succurrere. Hæc De-
mosthenis ex oratione natæ uicidæ sententiæ est. Bi-
dæus paulò latius explicat ex Polluce quot arbi-
trorum essent genera. Si nōd' ἀριστοὶ ἐκλεῖται, erant
quos

quos litigatores sibi deligere poterant, quibus con-
trouersiae rationes explicatas crederent. καὶ ἰπι-
πολιῶν ἢ ἀξιῶν. per causae permissionem. Alij uerò
κλειρωτοί, id est sortitò electi ex magistratuum decu-
rijs, non ueniebant pro litigantium arbitrio, sed
sortitò priuatis causis deligebantur ex iudicum de-
curijs, non secus quàm olim apud Romanos ex iu-
dicum decurijs praetor ordinabat, hodieq; in cu-
rijs Galliae uiris cōsularibus fit, non quidem ut iu-
dicent, sed ut exactè perpensa lite, & eius appen-
dicibus, senatui iudicaturò referant. Hæc sententi-
a facile confirmari potest ex loco orationis Demo-
sthenis in Aphobum, quem expilatae hereditatis
accusat. Locus ita habet: ἐπὶ τὸν κλειρωτὸν δὲ δίκαιον
τὸν ἰλιθῶν, καὶ δὲ δίκαιον ἔχον ἀπολύσασθαι τῶν ἐκουκλιμῶ-
νων, ὅφρα τὸν δίκαιον οἱ δίκασαὶ δὲ ἀνοισαντες ἴσ' ὅς ἐστι
καὶ τὰ ἴσα δὲ καὶ τοῖς τούτου φίλοις καὶ τῷ δίκαιῳ, πρὸ
αὐτῶν ἔγνωσαν, καὶ δίκαια ταλάντων ἐτίμισαν. Ad arbi-
trum igitur sorte datum quum uenisset Aphobus,
obiectaq; diluere non posset, damnatus est ab arbi-
tro. Iudices porrò ad quos prouocauerat, quū cau-
sam cognouissent, eadem ipsi cum arbitris compro-
missarijs etiam illius amicis, cumq; ipso sorte dato
arbitro pronunciantes, litem homini decem talen-
tis aestimarunt. Compromissarios arbitros ius ciu-
le uocat, ob pecuniam ab actore deponi ueluti com-
muni periculo & consensu solitam, quam qui cau-

sa cadebat, soluere cogebatur. Antequam à sorte dē
 gredior, quia deest hodie in Gallia exemplum suf-
 fragiorum & sortis (nisi quod quidam decoctores
 nos in sortibus exempla in suis bianchis, ut aiunt,
 docent) uolo paucis præstantissimæ nostris tempo-
 ribus pro sua magnitudine reipub. modum sortium
 exponere. Ea Veneta est, aristocratia & monar-
 chia ita temperata, ut nec magistratus summi sine
 Ducis præsentia sententiâq; nec uicissim ille quic-
 quam propria ausit potentia statuere, adeo ut ne
 progredi quidem tuto tempore belli in medium pos-
 sit sine capitis periculo, nisi sex uiros regionum ut
 minimum comites habeat. Nostræ Galliæ admini-
 strationi, quæ etsi lumine literarum diu caruit, ta-
 men longe dignitate, scientia, prudentia demū sum-
 ma, cæterisq; rebus quæ ad magnitudinem faciunt
 Reipublicæ, est omnibus facile superior, quicquam
 detractum nolo: quin ipsam olim, nisi me aliquis
 præuertet, illustratam memoriæ posteritatis com-
 mendare decreui. Sed ad fabas, calculos, sortesq; ue-
 nio. Octauo quoq; die comitia adire tota nobilitas
 annum ætatis uicesimum prætergressa solet, nec ta-
 men omnes sine discrimine ante XXV annos (ni-
 si qui sortis, quam quotannis apud senatū à XX.
 anno in XXV. tentat, beneficio id assequuntur)
 adire possunt. Qui uerò debeant eligi ante XXV.
 ætatis annū, asserta prius præsentē utroq; parētē

aut affine proximo cum testibus idoneis sua ab utroque parente nobilitate, die XIII. Decembris conueniunt, eorumque nomina in urnam conijciuntur: demum altera urna pari numero habet tot pilulas, quot adsunt iuuenes. Sunt uero globuli argentei omnes, præter quintam partem quæ aurea est. Dum itaque educitur à principe nomen quodcumque, educitur et fors. si argentea, reijcitur in proximum annum. si aurea, probatur, consortioque consilij magni aggregatur. Consilium ergo illud in potentissima aula coactum, omnia suffragijs tacitis magistratuum & dignitatum genera deligit. Vbi tota conuenit nobilitas, audita statim hora solita clauduntur fores: nec licet ulli ante comitorum finem, qui occasu solis fit, exire. Occlusis autem foribus: scriba maior è suggestu, ut omnes audire possint, significat qui illo die magistratus sint eligendi. Sedent omnes in decem sedibus longissimis, nisi qui sunt aut comitorum præsides, aut qui Duci in suggestu, si adsit, sedenti, dignitatis ergo asidere solent. Locantur demum urnæ tres ante Ducis tribunal: una in dextra parte, altera in sinistra, tertia paulò sublimius in medio duarum: quibus ipsis consiliarij tres asident, quibus ueluti censoribus extracti globuli aurei qui ex urnis educuntur, ostendi solent, ne scilicet quisquam posset per ambitionem afferre domo. Præterea singulis comitijs so-

41 DE MAGISTRATIBVS

let signum in ipsis mutari sortibus, ueluti militaris tessera: ne si idem semper maneret signum, posset confingi ab ambitioso ciue. In duabus primis urnis sunt tanta copia argenteæ pilulæ, ut possint numero ciuium satis esse. in singulis triginta tantum aureæ. in illa quæ media est, sexaginta tantum sunt, quarum aureæ sunt triginta & sex tantum. Vocatis secundum sortē ad sortes subsellijs quatuor classibus distinctis, ueniūt singulatim ad urnas: in quas quemque demissa manu inde globulum extrahere moris est. qui autē argenteum tulerit, redit in sedem frustratus: qui aureū, ostendens assidenti urnæ consiliario, transit ad mediam: ex qua si argenteū educat, spe luditur. qui utramque spherulam auream habet, is ex electoribus est: qui singulis ex quatuor classibus noueni eliguntur: electi uerò cōscendunt suggestum, illicq; à scriba nominantur, ac statim in conclaue (prius tamen in Reipub. uerba iurati, se sine ambitione, fraude aut fauore electuros uiros bonos magistratibusq; idoneos) statim concedunt, electuri & nominaturi, suffragijs inter se etiam agitatis, uiros in singulos magistratus. Idem faciunt & alij nouem, tertij item & quarti ad triginta sex usq; tamē ea lege, ne sint usquam plures duobus ex eadem gentilitate electores. Itaque ubi primus electorum numerus est selectus, omnes eiusdem gentis affines exire coguntur, et ita secundi, tertij et quar

ti, quoad electio electorum sit absoluta. Singuli ita
 que nouem singulis nominatis magistratibus aut
 praefecturis singulos deligunt, ita ut in maioribus
 dignitatibus sint semper quatuor competitores, in
 minimis duo. quibus expletis, produnt nomina, ut
 in suffragia eatur, et qui plura tulerit, eligatur. No-
 lo interim omittere, quod praeclearum illic est, ele-
 ctorem unumquemq; eius quem nominauerit, si eli-
 gatur beneficio suffragiorum, fideiussorem esse, &
 si quid pecuniae publicae auerterit, praestare debe-
 re. Nominatis competitoribus, statim omnes pa-
 rentes illius cuius nomine primo in suffragia itur,
 excedere aula coguntur, quoad suffragia sunt lata:
 tum reuocatis illis alij uicissim exeunt sequentis as-
 fines, & sic ad ultimum usq;. Praeterea obseruant
 ex suggestu, unde prospici in totam aulam possit,
 ne quis qui parentem iam forte electum intellexe-
 rit, captet ullum aut signis aut colloquio: quod qui
 admiserit, ambitus notatus, expellitur, honoreq;
 suffragandi eo die caret. nec enim licet ulli a quo
 lecti electores sunt, nisi exire generis causa iussus
 sit, se loco semel accepto mouere. Id quidem aliquan-
 do, non tamen sine magno taedio, noui, quum adhi-
 berer illic a patricijs uiris, qui me & honoris &
 discendi eos mores gratia illuc crebro ducebant, ab
 hora serè prima pomeridiana, qua comitia occlu-
 duntur, ad occasum usque solis retineri illic tan-

43 DE MAGISTRATIBVS

diu moleſte ferens. Interea dū electores ſunt in con-
 clauī, uiatores lineorum ſuffragiorum cuique nobi-
 lium quantum poteſt pugillo capere, dant, inq; ma-
 gnum, moreq; illorum brachiale amplum factum
 demittūt. Pueri uerò ſtatim adſunt cum urnulis bi-
 na concauitate, anteriori alba probandi, poſterio-
 re uiridi reprobandi, ita teſtis, ut per foramen im-
 miſſa in illas manu ſuffragium in utramuiſ demit-
 tas, inſcio etiam qui te diligenter obſeruet, edito ſe-
 pius illius cuius ſuffragia petunt nomine, quibusq;
 in magistratibus fuerit, ſi aliquos geſſit; ſtatimq;
 omnia ſuffragia à tota corona accepta, in duo uafa
 demittūt: quorum unum de Si, pro albo ſcilicet ur-
 xule uentre: alterum de Non, uulgo dicunt, id eſt
 probandi & improbandi, ex quibus illico ſuppu-
 tantur mira arte & facili. Habet enim ſcriba tabu-
 lam certo foraminum numero ſemiperforatam, ſu-
 per quam globulorum uis effuſa ſtatim ſpargitur,
 ductaq; manu in ſuperficie, quot ſunt extra nume-
 rum ablegat. Itaque ſerè pari celeritate ingens nu-
 merus, atque ipſa unitas ſupputatur: dum numerat
 conſiliarij candida à dextris, uiridia à ſiniſtris. in-
 terim pueri redeunt aliorum competitorum nomi-
 ne, donec quatuor expleantur: quorum qui plura
 tulerit, modò dimidia excedant (nam ſi pares ſint,
 differuntur comitia) is in magistratu eſt. Pariter in
 ceteris fit quandiu durat dies, nam nox adueniens
 iſque

usq; adeo comitia soluit, ut ne lucernam quidem usquam accendere liceat. Hæ suffragiorum leges, hiritus, Græcis fabæ albæ & nigra erant in usu magistratuum eligendorum, loco pilularum auri & argenti. Ne uero fraus subesset, habebant & legumina suas tesseræ. Verum de sortibus satis me dixisse, ut rem illam literis elucidarẽ, credo. Parum admodum à Diætetis nostris differebant *Συραταί* (Inquisitores, uocabuli et officij ratione non male latine dixeri) quorum Iulius Pollux ait fuisse officium, ut res & causas quarum natura et status nondum constaret, explorarent, adq; senatum uerum ipsum referrent. quo in officio quotidie leguntur apud nos commissarij, ut uocant: suntq; ordinarij in causis facinorosis apud iudices tam capitales quam rerum ciuilium. Habemus & nostros inquisitores in singulis prouincijs, qui testes audire possunt ubi ius habent, litesq; preparare iudicibus offerendas: etiam si nõ prouocent partes, sententiam ut pedanei iudices de minimis dicere possunt. Verum monuit me Pollux ne suam de arbitris sententiam prætermitterem. *Δικασταί*, inquit, arbitri supra annos sexaginta nati sorte eligebantur, quibus etiam sortitõ à *Δικασταί*, id est arbitria committebantur. Admissorum uero ad hanc dignitatem, si quis suo munere aliquid in dignum commississet, ille aut graui pro delicti aestimatione multa

plestebatur, aut summo cum dedecore de illo cœtus
 eijci solebat, exhibitariq;: ut nil sit mirum illos tan-
 ta æquitate ac constantia fuisse, quos si non uirtus
 cohibere, uitij pœna terrere posset. Omnia itaque
 iudicia de rebus sacris apud illos ueluti sanctissi-
 mos trahebantur. Primam uerò de dijs rationem
 perpetuò seu in uera seu in falsa religione habitam
 fuisse omnibus gentibus, constat. In rebus porrò ci-
 uilibus causam eos non potuisse dicere ultra æsti-
 mationem drachmarum decem, scribit etiam Pol-
 lux alio in loco: quàm uerè, ipse uiderit. Quumq;
 ab se causas ad alios iudices transferrent, coniectis
 in urnam pro sententia calculis, acta proferenda
 tam actoris quàm rei apud illos designabant: ac-
 cepta tamen in litis principio ab actore drachma,
 quam causa inferior soluebat. Ea drachma *diæta*
er, id est disidium dicebatur, inq; rationem *era-*
rij publici referebatur: post quam, alteram qui cau-
 sa cadebat, dare cogebatur. Hæc Pollux. Verum
 Latini quoq; uaria significatione Græca dictionis
diætæ utuntur: primumq; ea rationem quandam te-
 nuioris uiclus aut à medicis aut ipsa conditione ua-
 letudinis egrotis præscriptam significat: quod Ci-
 cero ad Atticum docet: Sed ego, ait, *diætæ* curari in-
 cipio: chirurgiæ tædet. *Diætæ* aliàs locum signifi-
 cat in domo, in quo uersari solemus frequentius,
 aut in horto, in quo expatiari moris est, atq; *æsta-*
 te cœ-

te cenare. locus domesticus ille alioqui non malè
 Latine cenatio appellabitur. Dietarius seruus in-
 de dictus est, quòd illic mensas ornare, & ministra-
 re mensis soleret. Vlpianus Tit. de fundo instructo,
 l. quæsitum, uersus finem, meminit. Ostiarij autem,
 ait, topiarij, dietarij, aquarij domi tantum deser-
 uientes, continebuntur. Quam egregie explicet to-
 piarios Accursius, uideant qui illi in omnibus ap-
 plaudunt. Topiarij, inquit, sunt qui uepribus et spi-
 nis agrum purgant, & faciunt fossas. Pro ijs qui lo-
 corum uarietatem exprimendo (nam *ἀπό τῶν τόπων*,
 id est à loco dicti sunt) imagines rerum omnium ex
 arbutis, fruticibus & herbis effingebant, statim
 somniavit nouum officij genus. Nolo omitere die-
 tarium furem, qui ex dietis aliquid surripuisset: cu-
 ius idem iurisconsultus Tit. de effractor. l. mune-
 rum, meminit his uerbis: Simili modo saccularij &
 dietarij erant puniendi, item & effractores. Ve-
 tera exempla habebant detrectarios, dignū in quo
 somniaret uocabulo Accursius. Adeo fuit olim cre-
 brum illud furum genus, ut tenuioris fortune ho-
 mines cogerentur apud plerosq; diuites indumenta
 pro foribus relinquere, si uellent admitti: quod in
 Atheniensibus taxat Aristophanes in Pluto, *ἀλλ' ἂν
 ἔτι φουράσω ἕως ἐπίσχομαι*. Nonne furaturus huc
 uenio? Nunc autem à dietarijs ad naucleros eo.

De

Non pro celebriori dignitate, sed pro maiori numero nunc *τρίηραρχοι*, id est, triremium præfecti, mihi sunt tractandi: eo potissimum nomine, quòd spem salutis non rarò in re nauali Athenienses posuerint. Numerum authores nõ præfiniunt, quoniam pro rei necessitate augebatur aut minuebatur. Vnum id tradunt, communiter duodenos id muneris unà obire solitos: quibus pacis tempore sartum tectum nauale præstare incumbibat, belli uerò etiam parère ducibus, & alijs præfectis: qua in re Veneti etiam imperatorem creant absolutæ & ueluti Tribunitiæ potestatis, quibus in locis classis conducta fuerit. In ciuitate enim eo iure non utitur. Trierarchorum seu nauarchorũ (nam pro eodem usurpare has tres uoces Græci solent, quauis prima ab imperio triremium, altera nauium, tertia à sorte nauium dicatur) erat præterea munus, ut proprijs opibus & impensis in Remp. collatis naues triremesq; curarent & refici & construui. Ad hæc præmonebant principes senatores urbis si quid in re nautica esset unde Resp. in discrimen posset adduci, si per illorum curam suppleri non poterat. Reuera is ordo nõ magistratus (quanuis quidam Græci id tradant) sed coactus ad contributione.

istributiones ciuium numerus uidetur: qui etiam ho-
 die à Venetis legi ex mercatorum & sellulariorum
 atque uillorum numero ingruente necessitate so-
 let, non ut ministrent aliquid, sed una ars aut due
 unius triremis impensas persoluant: unde maxima
 auri uis cogitur. Aerarium uerò populare non mo-
 dicum est in multis locis, quas scholas uocant, ubi
 sub Iohanne & Paulo, Antonio, Diua Virgine, re-
 ligiosi ciuium & plebeiorum cœtus fiunt. Hoc of-
 ficij genus sensim labefactatum emendauit Demo-
 sthenes, lege in illos lata qui eligerentur ad hoc mu-
 nus: quod cum alibi, tum potissimum patet in ora-
 tione contra Æschinem: ἑσπομαί τοίνυο ἰπανιδῆμ,
 ἰφ' ἂ τῆστω ἰξῦε ἰπολιτωόμυ, ηγεῖ σὺσπεῖτι ἰν ἀντιῖσ πῶ
 λιν αὐ, ἢ τὸ τῆ πῶλι βιλῆισομ ἦμ. ἰξῶμ γάρ ἂ ἀνδρῖσ ἀ-
 ἰλωῶσι τὸ ναυτιλῆν ἦμῶμ καταλυόμενῶμ, ηγεῖ τὸσ πῶ
 σῖοισ ἀτιλῆσ ἀπὸ μικρῶν ἀναλωμάτω γινόμενῶσ, τὸσ δὲ
 μέγιστῶ, ἢ μικρὰ κηλῆμῖνῶσ τῶν πολῖτωμ τὰ ἰνῖα ἀποκλύ-
 τῶσ, ἰτὶ δὲ ἰσφῖσσοῦ ἰν τεύτωμ τῶν πῶλιω τῶν κῶκῶν,
 ἰδηκα νόμομ, καθ' ὃμ τὸσ πῶ τὰ δινῆσ πῶσιεμ ἰν ἰσκασῶ
 τὸσ πλουσίωσ, τὸσ δὲ πῶνῖωσ ἰπανσοῦ ἀδικομῖνῶσ. VO-
 lo igitur redire ad ea quæ postea in Rep. gesi, &
 attendite denuo, quid reip. optimum foret. Quum
 uiderem nauale uestrum labefactatum, atque diui-
 tes collato modico ære à tributis immunes, eos ue-
 rò qui mediocres aut ferè nullas haberent posse-
 siones, rem familiarem in eo absumere, indeq; uestrâ
 Remp.

Remp. longè deteriori conditione fieri: legem tulit per quam diuites quidem pro census estimatione conferre coëgi quæ iure debeant, pauperes uerò ab iniuria uindicauit. Et paulò post clarius multo aperit: ὡς γὰρ αὐτοῖς ἐκ τῶν προτέρων νόμων οὐκ ἔκκειδε καὶ κτηρῶν, αὐτοῖς μὲν μικρὰ καὶ ὀλίγα ἀναλίθουσι, τὰς δὲ ἀπόρους τῶν πολιτῶν ἐπιτίθεισιν. ἐκ δὲ τοῦ ἐμοῦ νόμου τὸ ἐπιτίθειν κατὰ τὸν ἕκαστον τίθειναι. καὶ δύο ἑκάστην τριήραρχος ὅτις μίας ἐπιτίθεισας ὡν πρότερον οὐκ ἔδει. ὁ δὲ γὰρ τριήραρχος ἐπιτίθεισας αὐτὸς, ἀλλὰ οὐκ ἔδει. Prima legū constitutione sedecim unā triremis unius impēsis satis facere solebant, ipsis quidē diuitibus nil aut parū insumentibus, egenos uerò ciues opprimentibus. Lege uerò mea statutum est, unum quenque pro ratione facultatum numerare: tum quibus uisus est, qui primum decimam partem impēsarum triremis unius suppeditabat, posse duabus in solidum satisfacere. Vnde antea non trierarchos se uocari uolebant, sed contributores. Oratio eiusdē authoris in Androtionem serè tota est in hoc negotio declarādo. Verūm præter illa quæ iam scripsi, nil est diuersi, nisi quòd solerent Prytanes corona aurea donari bene administrata re nauali: qua negligentius curata, etiam si diligentissime cæteras officij partes absoluisent, priuabamur. Latini etiam Græca uoce appellant Trierarchos. Cice. act. 3 in Verrem, ubi de testimonijs contra illum agit: Quæ

de

de re, ait, Charidemum Chium testimonium priore actione dicere audiuistis, sese quum esset trierarchus, & Verrem ex Asia decedentem, &c. Item ad senatuscons. Trebellianum. l. Seius. Seius Saturninus archigubernius ex classe Britannica, testamento reliquit fiduciarium heredem Valerium Maximum trierarchum, à quo petijt ut filius, &c. Facile uincuntur Athenienses à Venetis. Verum præter nouemuiros, qui armis, funibus, & nauali præfunt, nil mihi scribendum reliquit Gasspar Cötarenius Cardinalis patricius Venetus: ita ample & eleganter illius partes descripsit, ut uinci arte nequeat. De Turcarum autem apparatu maritimo, copiosè egi in nostra Turcica historia. quare ad cætera ueniendum.

DE VNDECIMVIRIS.

Cap. X.

VNdecimuiros Græco uocabulo τὸς ἑνδεκάρις dici solitos, quos etiam νομοφύλακται, atque ἰπάρχαι, id est præsides nuncupabant, ex Polluce constat. Decemuires, inquit, singuli à singulis tribubus eligi solebant, quorum numerum augebat δεκαμυροί, hoc est scriba. Horum erat officium fures conuincere, atq; carcere iam detetos iudicare: præterea plagiarios, quos ἀνδραποδιστὰς dicunt, & itè grafsatores, indumentorūq; suppilatores, qui Græce λωποδύται dicuntur, criminis conuictos pœna afficere.

Quòd

ri perquirebant hominem (Aristogitonem) atque per præcones sibi reddi satagebant. Ex quo loco patet statim admisso crimine illos perquirere & comprehendere solitos: quare meritò notauit Suidas hos νομοφύλακας à primis differre, quòd illi iudices, hi populares cogere secundum legum præscriptum uiuere, facinorososq; coercerent. Adferam item alium locum ex oratione eiusdem Demosthenis in Timocratem: ἵαρον δὲ τις ἀπαχθῆναι τῶν γούρτων κακῶσιν ἡλιώσας, ἢ ἀστρατέας, ἢ ποροφρονιὰς αὐτῶν τὴν νόμον ἀρροῦσθαι, εἰσὶν ὅν μὴ χρὴ, ἀνοσάντων αὐτὸν εἰ ἔσθαι καὶ εἰσαχθέντων αὐτὸν εἰς τὴν ἡλιείαν, κατὰ νόμον δὲ εἰσαχθέντος οὐκ ἔστι. Si quis uerò denunciatur conuictus iniurie parentibus illata, aut non obite militie, aut qui in ea loca in quæ legibus non licet, se receperit, illum comprehensum ligent undecimui-ri, sistantq; in heliea (nomen est comitij, de quo suo loco) ubi ex his quibus lege licet, qui uolet accusato. Nolo hic obmittere, qua arte Veneti, quum illorum capitales magistratus non sufficerent, magna proscriptorum nebulonum furumq; turba regionem sibi subiectam liberarint. Sub finem belli quo ad Ticinum pugnatum est, multa improborum manus tam ob libertatem, quàm ob impunitatem scelerum undiq; exercituum colluuiem contra hendo Venetias ibant. Admissis itaq; illic multis sceleribus, quum aliquis ad pœnam perquireretur,

sciens se criminis reum ab aduocatoribus, ut uocant, ad quadraginta uiros criminales delatum, fugiensq; lite peracta proscribatur, ut undiq; Venetiæ illis pestibus ueluti obsiderentur. propositum est itaq; præmium proscripto, qui præsentibus testibus ademptum caput alterius proscripti offerret reipub. si tamen ille iugulasset: quo fiebat, ut quum illorum bona pars sibi mutuò esset nota, seipsam conficeret: pauci ius ciuitatis repeterent, hiq; munere eo donati, probos in posterum ciues agerent. Si illa lege in illos nebulones qui post bella insurgunt, & furtis, stupris, cædibusq; Rempubl. totam labefactant, animaduenteretur, aut rusticis sua tuendo, illos cædendi fieret potestas quoties improborum audacia uim legum superat, ex usu esset Reipublicæ.

DE DECEMVIRIS PRÆSIDIBUS, qui græce *πολιτάρχαι* uocantur.

Cap. XI.

Quauis hi præsidēs in quingentis uiris à quibus lecti erant, debebant tradi ueluti una tractatione, tamen quia primùm sum maiorem numerum in magistratibus secutus, quodq; hi sint longè celeberrimi, illis particularem tractationē seruare uisum est. Ex quingentis ergo uiris singulis decem tribuum quinquaginta sorte eligebantur, & item ex illis sortitiò nostri decemuiri, penes quos singulatin

latim erat Reip. summa committenda. Verum rogaret aliquis, quomodo sorte possit pro dignitate eligi, quem ipsa commendat uirtus? Facile, ut uisum est in Venetis, conslitutis primum sorte electoribus qui nominarent, demum nomina in urnas coniecta cum suffragijs extraherent pro sorte tribuū, ut in iuuenibus *ὁ τῶν ἀγαθῶν*. i. in diario reipub. ob nobilitatem adscribendis. Iam dixi, electis 50. ex ipsis, item deligi decem suffragijs tacitis, & fabis. quæ res quum uideatur maxime sortē habere, nullum uirtuti aufert præmium, imò maxime secundum eam iudicat. Ex ipsis item decem selectis, septem tantum officium præsidis assequi poterat. Itaque inter illos decem uiros omnium suffragijs electos sors ducebatur, ne ulli fieret iniuria, dum tres relinquerentur. At quia is qui erat in magistratu, dicebatur *ἰδρυάτης* atq; *πρόεδρος*, præfectus et præses, omnes eo honoris uocabulo gaudebant. Id uerò summopere cauebatur, ne secundò ulli liceret in anno eodem ad hanc adspirare dignitatem. Quum esset in imperio, arcis erarij publici clauis, & Reipub. sigillum seruabat: itaq; iungebat duo officia quæ diuersa sunt in Gallia, Cancellarij, & Maioris uiri, ut uocant, in quibus urbib. est libertas, aut si desit Maior, Prætoris. Quoties autem Prytanes senatum conuocabant, ille nouem *πρυτανῶν* à nouem tribubus deligebat. ab illa enim quæ prytanensis

dicebatur, cuius erat caput, nullus assumi alius so-
 lebat. Præterea ex illis nouem sortitò deligebat suc-
 cessorem, cui Reipub. habenas permitteret. In ipso
 porrò confesso curabat, ne quid in causis omittere-
 tur quod ad iudicium instructionem faceret, ubi cau-
 sas prius illis commississet: quale facit aut Cancellar-
 rius aut præses, quum remittit causas ordinario,
 au delegato tradit. Harpocratio de epistatis hæc
 tradit, sententiam Isei aduersus Elpagoram adfer-
 rens. Duo, inquit, sunt constituti Athenis epistatæ:
 unus quidem ex prytanibus sorte delectus, alter ue-
 rò ex proedris, quorum quod sit officium, declarat
 Aristoteles in Atheniensium politia. vulgari uerò
 uocis usu *ἄδιστατος* dicitur cuicumque negotio præ-
 fectus, ut notat Hyperides. Librorum Aristotelis
 quos de hac Reipub. scripserat, iactura, me incita-
 uit, ut dixi in principio, ad hoc instaurandum ar-
 gumentum. Verùm ab epistatis ad proedros redeo.
πρόεδρος unitatis uocabulo, tanquam totius politi-
 tæ dux & princeps erat: multitudinis autem, is or-
 do qui cæteris præsideret magistratibus, præscri-
 bendo, quorum dignitas *πρόδρα* dicebatur. Demos-
 sthenes in oratione *κατὰ τιμοκρατίας* maximam lu-
 cem adfert huic ordini: unde sententiam eius adfer-
 re uisum est: *ἐπὶ δὲ τῆς πρώτης πρυτανείας τῆ ἀνάκτις,*
ἐν τῇ δὲ μὲν ἐπεδρα ἐν ἐπιτα ὁ κύριος ἄδιστατουσίαν ποιῶν
τῶν νόμων, πρῶτον μὲν περὶ τῆ βουλῆσινῶν, δεύτερον δὲ
κτλ

ἄρα οἱ κένται τοῖς ἰννα ἀρχουσι,
 ἄρα τῶν ἄλλων ἀρχῶν· ἢ δὲ ἐπιχειρονομία ἴσω ἢ προτέρα,
 ὅτι δουδοσιμὸν ἀρκῆν οἱ νόμοι οἱ βουλευτικοί· ἢ δὲ ὑστερά, ὅτι
 μὴ δουδοσιμὸν· ἄρα τῶν νομῶν κατὰ ταυτά, τὴν δὲ ἐπιχειρο-
 νμία ἀναί τῶν νόμων κατὰ τὰς νόμους τὰς κειμένους· ἰὰρ δὲ
 τινες τῶν νόμων τῶν κειμένων ἀποχειρονοηδῶσι, τὰς περ
 τάνεις, ἐφ' ὧν αὐτὴ ἀποχειρονομία γίνεται ποιῆν περὶ τῶν
 ἀποχειρονοηδῶσι τὴν τελευταίαν τῶν βίων ἐκκλησιῶν·
 τὰς δὲ προτέρας, εἰ αὐτὴν χωρὶς προδεδύσθαι ἐν ταύτῃ τῇ
 ἐκκλησίᾳ χρηματίζην ἐπάναγκας, πρῶτον μὲν τὰ ἴσα πε-
 ρὶ τῶν νομοδικῶν, καθ' ὅτι καθ' ἑαυτὰς, καὶ περὶ ἀργυρίου,
 ἄποδην τοῖς νομοδικαῖς ἴσαι· τὰς δὲ νομοδικὰς ἀναί ἐν τῇ
 δημοκράτῳ τὸν ἡλιαστικὸν ἔθρον· ἰὰρ δὲ οἱ πρῶτάνεις
 μὴ ποιῶσι κατὰ τὰ γυραμμένα, ὀφείλου τῶν μὲν πρῶτάνων
 ἴκασον, χ. δραχμὰς ἑκάς τῇ ἀδλωῆ, τῶν δὲ προτέρων ἴκα-
 στος ὀφείτω, μ. δραχμὰς ἑκάς τῇ ἀδλωῆ, καὶ ἑκατέρωθεν αὐτῶν
 ἴσω πρὸς τὰς δημοδικὰς, καθ' ἅπαντα τις ἀρχὴ ὀφείλου τῶν
 δημοσίῳ, εἰ δὲ δημοδικαῖς, τὰς ἐσθλαβήτας, εἰσαγόντων εἰς
 τὸ δημοκράτῳ καὶ τὸν νόμον, ἢ μὴ ἀνιόντων εἰς ἀρετὴν πρῶ-
 γον ὡς καταλύοντες τὴν ἐπαρόρθωσι τῶν νόμων· πρὸ δὲ τῆς
 ἐκκλησίας, ὁ βουλόμηνος ἀδλωῶν νομοδικῶν, ἐκτιδέτω
 πρῶτον τῶν ἐπινυμῶν, γράφας τὰς νόμους οὗς αὐτὸς ἴδῃ,
 ἄπως αὐτὸς πρὸς τὸ πλῆθος τῶν ἐκτιδέτων νόμων ψήφισται ὁ
 δήμος περὶ τοῦ χρόνου τοῖς νομοδικαῖς, ὁ δὲ τιθεὶς τὸν και-
 νὸν νόμον, ἀναγράφας εἰς λόγικα, ἐκτιδέτω πρῶτον τῶν
 ἐπινυμῶν ὁ σμύρα, ἴσως αὐτὴ ἐκκλησία γίνεται· αἰράσθαι
 δὲ καὶ τὰς συναπολογησομένους ἀμῶν τοῖς νόμοις, οἱ αὐτῶν

ἐν τοῖς νομοθεταῖς λίσσεται πρὸς ἀνδρας ἐξ ἀδελφῶν ἀ-
 πόντων, τῆ ἰσθμιάτῃ ἱερομειβέντος μινός. quorū uerbo-
 rum sensum appendendū curabo. Undecima primū
 mensis die, postquā apud populum uota præco-
 fecerit, in suffragium ad leges comprobādas eatur,
 primū scilicet illas quæ ad senatum pertinent, se-
 cundò quæ ad plebem, postremo loco ad perpen-
 dendas quæ à nouē uiris latæ sunt, ac demum à cæ-
 teris magistratibus. Prima autem in suffragia coi-
 tiorum, sit eorum quibus uidentur probandæ, quæ ad
 consiliū senatū ue faciunt. Altera, illorum qui-
 bus improbandæ uidebuntur. Hoc uerò suffragium
 secundum legū præscriptum esto. Quòd si continget
 quasdam ex his quæ antea latæ sunt, abrogari,
 prytanes qui tunc sunt in officio, senatum de ea re
 postrema comitorum die habent. Proedri uerò
 eius prytaniæ de illis etiam sententiam dicunt. Pri-
 mò quidem de his quæ ad religionem, postea de no-
 mothetis, quamobrè consideant, demum undè nam
 ppsit ipsis nomothetis pecunia ad reip. munia sup-
 peditari, sanciuunt. Hos autem nomothetas ex eo-
 rum ordine qui in heliæa iurauerint, sunt. (de he-
 liæa postea dicam) Quòd si prytanes secundum le-
 gum præscriptum senatum non habuerint, pariter
 si proedri non retulerint secundum ius & æquum,
 singuli prytanes mille drachmis multantor, quæ in
 ærariū Palladis cōsecrantor: si proedrôn aliquis
 idem

quingentorum auctoritatem, usquam urbe eijci patiar, nec quemuis alium iniuria id facere permittam. Magistratum nullum constituam, ut possit ille qui rationes antea ei magistratus non reddiderit, fungi alio magistratu, siue ex nouemuiris, siue qui sacris publicis functus sit, uel ex illis qui cum nouem principibus proedris fabis eliguntur, legatis uel aut assessoribus fuerit. (erant primariæ dignitatis hi omnes) Nec permittam bis in anno quenquam eundem magistratum gerere, nec duos in eodem anno. Nulla munera recipiam, sordēs uel iudicij causa sectabor, nec ipse, nec alius me conscio. Sum natus annos non minus triginta. Audiam accusatorem et defensorem ex æquo, sine affectibus et personarum ratione: illumque cōdemnabo quem merito causa cadere cognouero. Adiuro Iouem ipsum, Neptunum, Cererem, ut perniciem in meipsum meamque familiam immittant, si quid horum transgrediar. Hæc Demosthenes: in quibus maximū fuisse etiam ethnicis æquitatis studium monstrat. Postquam satis dignitas decemuirorum, pariter et officij ratio est etiā ab eodem tradita, de comitijs *ἡλιασίων* nunc sum dicturus.

DE SVBDIALIBVS COMITIIS,

que græci *ἡλιασίων* dicunt. Cap. XII.

HΑΙΑΙΑ *ἡγὴ ἡλιασίων*, maximum Athenis tribunal erat (inquit Harpocratio) in quo publi-

ea iudicia ultrò citroq; causis agitatis tractabantur à mille aut mille quingentis primæ notæ ciuib. quingenti uerò solebant uno in loco esse, mille duobus in iudicijs, mille & quingenti in tribus. ἡλιαία autem erat ius in eo loco dicere: ἡλιαίως uerò ipsa in iudicijs diuersatio. Lysias ἡλιαία καὶ ἡλιαία δαί pro eodem est usus. Hactenus Harp. Interpret uerò orationis κατὰ τιμοφώτας ita de hac re tradit. ἡλιαία, inquit, locus magni senatus, & iudicū multitudo ibidem ius dicentium dicitur. ἡλιαία autem uocatus est locus παρὰ τὸ ἕμισι ἀλιφιδαι καὶ συναρροφιδαι τὰ πλεῖδος τ' ἀμασθῦν, quòd illic iudicium multitudo congregari sit solita, & in u mutato, ut crebro sit. Alij uolunt (quæ melior esse sententia uideatur) inde dictum locum, quòd sit sub dio. ἥλιον enim, id est solem, in eum radios immittere. Pollux ita tradit: ἡλιαία erat quidem uno confessu quingentorum iudicū, duobus, si mille: tribus, si mille quingenti. Calculos uerò quibus in suffragijs utebantur, habebant duorum generum, condemnandi, & absoluenti: probandi ue, aut improbandi: solidum unum, perforatum alterum. Vas porrò habebant quod καλὸν Græci uocant, infundibulo simile, per quòd demittebatur suffragia in duas urnas, quarum altera lignea, aenea altera erat, probandi & improbandi: de quibus cætera dicā, ubi de iudiciorum aut feri locis agam. Interpret uerò orationis κατὰ

ἡ μὲν γὰρ diuersum habet, loco calculorum fabis
 uti nigris & albis solitos, ut differrent: quemadmo-
 dum calculorum unus erat solidus, alter perfora-
 tus, unde quòd *κῶαμοί* fabæ dicantur, *κῶαμοὶ ὄνιδαι* fa-
 bis sortiri & magistratum deligere significat. inde
 etiam Pythagoram aiunt per fabarum abstenen-
 tiam, non leguminis (ut uolunt) flatuosi, & cuius
 hilum pudenda effingat, usum prohibuisse: sed ei
 qui uelit in pace degere, atque fortunæ ictibus non
 subijci, ambitiose magistratus & dignitates non es-
 se appetendas significauisse.

DE QUÆSTORIBVS GRAIA

uoce *ἀποδίκταις* uocari solitis.

Cap. XIII.

Singuli à singulis tribubus, decem uidelicet nu-
 mero, erant *ἀποδίκται*, coactores quæstorés ue,
 quos nostrum uulgus collectores taleæ in iudicio
 tribus, receptores dominij & auxiliorū in canoni-
 bus & oblationibus uocare solet. Alioqui pecu-
 liari uocabulo Græci & Latini *ἐγαστῆς* & indi-
 ctionales coactores uocant, quos patrio uocabulo
 Collectores taleæ dicimus, sed græcæ linguae copia
 præterea *συνδρομῆς* & *ἀγροτῆς*, idem significanti-
 bus uocibus appellat. *ἀποδίκται* munus erat acce-
 ptis à rep. libellis (ut solent apud nos Electi, quum
 prouincialibus & locorum singulorum quæstori-
 bus summam à rege ob ingruentia negocia signifi-

cant

cant expetendam) cogere eos qui aliquid Reipub.
 deberent, id ut soluerent, ac pro facultatum ratio-
 ne in Reipubl. discrimine numerarent. Præfens ade-
 rat dum reciperent, antigrapharius, quem vulgò
 Contrarotulatozem dicunt: quumq; quicquam nu-
 meraretur, in diario accepti & impensi rationes
 omnes transcribebat: de quo postea latius. Apud lo-
 gistas uerò rationes rerū omnium reddebantur, ne-
 dum pecunie. Verum paucis absoluens meos quæ-
 stores, statim illos logistas subnectam. Si quid ergo
 reddita & exposita ratione reliquarum esset, sta-
 tim, quandiu pro re sua possent, id persoluebant,
 atque deleta summa diario publico inscripta, ab-
 soluebantur. Quòd si (ut non rarò contingit) ali-
 quid maioris momenti oboriretur unde lis posset
 nasci, ipsam ad nouemuiros comestandam defere-
 bant, atq; iudicatum solui satagebant. ἀποδεκτῆρις
 in hoc tantum ab illis differebant, quòd hi tantum
 recipere, non item cogere poterant. mitius itaque
 hoc uocabulum est: quod patet in eo libro qui Ari-
 stoteli sub titulo de Mundo, adscribitur: *χαρῖς δὲ τῶν*
ἄλλοι καθεστῆσαν πρὸς δαμ ταμίαι, καὶ στρατηγὸς
πολίμων καὶ κωμωγιστῶν, δ' ἄλλων δὲ ἀποδεκτῆρις, τὴν δὲ
πῶν ἕρτων ἕκαστοι κατὰ τὰς χρείας ὑδιμελλοταί. Præter
 eos uerò constituti erant quæstores ærarij, bello-
 rum duces, ac uenationi præfecti, præterea dono-
 rum susceptores, aliorumq; operum pro necessita-
 te cu-

te curatores. Latini illos uoce paulò moderatiore susceptores dixere. C. de defen. ciuita. l. Iubemus. Iubemus cura ac solertia defensorum minimè possessores maioribus mensuris & ponderibus à susceptoribus prægrauari, sed eos deprehēfos, &c. Hæc Budæus. Puto sanè iurisconsultū intelligere per susceptores, illos quos receptores auxiliorum dicimus, qui aliquando cogunt res fisci maiori mensura aut pondere nomine regio persolui, non quidem ut regi reuue publicè profint, sed ut sub regi nominis terrore rem maximè augeant.

DE LOGISTIS, QVOS RATIONUM magistrōs dicimus.

Cap. XIII.

ΛΟΓΙΣΤΑΙ, inquit Harpocraton, sunt etiam decē uiri singuli à singulis tribubus electi, qui bus omnes magistratu functos intra triginta dies quàm magistratu deceßissent, oportebat rerum omnium administrationis rationem reddere, quod Graij λογισται & λογιστῶν dicunt. Aristoteles in Atheniensium politia scripserat, ut idem author scribit, illos ἀπὸ τῶν ἐθνῶν, ab euthynis, qui aliud genus rationis audiunt, differre. Assidebant ἐθῶν nouem principibus, repetendarumq; agebant iam magistratu functos qui æris aliquid publici auertissent. Duo, inquit Pollux, erant Athenis logistæ, unus in senatu, alter in rebus extra senatum administrans

nistrandis: qui ambo à senatu eligebantur, ut re-
 rum omnium in Rep. administratarū rationes au-
 dirent. Duos credo Pollucem scripsisse pro duobus
 generibus, quum & cæteri authores plures scri-
 bant, & fieri non potuerit, ut duo soli tot rationi-
 bus audiendis satis essent. Verum duos ueluti præ-
 sides possumus in eo intelligere. Id muneris in Gal-
 lia habemus præstantissimum, quod ad fisci res at-
 tinet, in eo loco Parisiis quem Cameram Computo-
 rum uulgo dicunt: ubi qui sunt summa dignitate,
 præsides: qui secunda, auditores: qui tertio loco,
 clerici computarum dici solent. Oblatos à quæsto-
 ribus libellos hi recipiunt, recitantq; audiemibus
 & supputantibus auditoribus, hi recitant primis
 iudicantibus. Nec tantum rem pecuniariam in ra-
 tionem deducunt, sed & quicquid olim regio cen-
 sui accessit aut decessit, notant, inq; locos commu-
 nes secundum annorum multitudinem collocant,
 ut quum opus est aut litis causa aut aliter de publi-
 ci eris rebus agere, statim diarium promant, quod
 fidem faciat. Triumuii calculatores Venetijs sunt
 à publicis rationibus. Nec Turcæ eo carent magi-
 stratu: habent enim suum Barat emin, impèsis præ-
 fectum, qui cum quatuor uiris rationes fisci audit.
 Verum non ociosum fuerit ex oratione Æschini
 contra Demosthenem & Ctesiphontem officium
 logistarum amplius aperire:

τῶν ἐν ἀρεῇ πάσι ἰγγράφαιν πρὸς τοὺς λογιστὰς ὁ νόμος κει-
 λινος, λόγον τε καὶ ὑπόδικας δίδόναι, καὶ ἐὰν συνδραστῶν
 τῶν κρείττων κίβηται ἀρεῖν ὑπὸ τῶν ἑμιτῶν ψῆφον, (ὡς μὲν
 τίπετα) καὶ πάλιν τῶν βούλων τοὺς περιηκουσίους ὑπόδικωσθαι
 πολιτικῶν ὁνομαδίτας, καὶ ἄλλοις ἰσχύρους ἀπὸ τῶν ὑπὸ
 ἰδοίσι, ὡς ἀρχόμενος τὸ νόμον ἴκει, ἀρχὴν ὑπόδικωσθαι μὲν
 ἑποδομῆται. **Et paulo post:** πάλιν ὑπόδικωσθαι ἐκ τῶν
 ἰδοίσι καθιερῶν, καὶ ἂν ἀδικίαι ἀναδύναι, καὶ ἐκ τῶν ἰσοῦτων γὰρ
 εἶδαι, καὶ ἂν διαβῶναι τὰ ἑαυτῶν, ἐν τῷ λόγῳ, ἐκτελεσθεῖν τὰς δόξας
 αἰδομένοσι τὰς τῶν ὑπόδικωσθαι, ἀλλ' ἐστὶ τις αὐθιγῶν,
 οὗ ὅτι ἀλλοίον ἔστιν τὸ δημοσίον, ὅτι αὐθιγῶν, προσῆλθι καὶ
 πρὸς τὸ τὸ κοινῶν καὶ τούτων ἀποφῆσαι κελύει λόγον πρὸς
 τοὺς λογιστὰς, καὶ πῶς ὅχι μὲν λαβῶν, μὲν ἀναλώσασθαι
 ἀποδοῖσι λόγον τῆ πόλει, αὐτὸς ἀποβάλλει καὶ διακίνας ὁ νό-
 μος ἀρχὴν γράφειν κελύει αὐτὸ τὸ ἰγγράφον, ὅτι ἐκ τῶν
 ἰσοῦτων ἔστιν τὸ πόλιος, ὅτι αὐθιγῶν. αὐθιγῶν καὶ ἂν ἀθι-
 γῶν καὶ ἀνὴρ ἔταστον, ἔστιν τῶν ἐν τῆ πόλει. **Et post**
recitata legem subiungit, ὁ κοινῶν ἰσχύριον ὁ δημοσίον τε
 ἰσχύριον τῶν λογιστῶν κέρυκα κέρυκα τὸ πάτριον καὶ ἐν
 νομον κέρυκα τὸ το, ΤΙΣ ΒΟΥΛΕΤΑΙ ΚΑΤΗΓΟΡΕΙΝ:

Primum quidem, ait, lex iubet sanctissimum Ario-
 pagitarum senatum apud logistas inscribi, ratio-
 nibusq; reddendis esse obnoxium. Illicq; uult, ὁ
 Athenienses, secundum uestrae sanctionis praescri-
 ptum, hominum amplissimorum dominū fieri Lo-
 gistam. Praeterea quingentos uiros uult rationes
 magistratus sui reddere. Ita uehementer diffidit
 Respub.

Respub. his qui rerum rationem non reddidere, ut
 sub ipsum statim legum exordium dicat magistrat-
 um rationi reddendæ obnoxium (nam ^{ut videtur}
 quod ait, & actiue & passiue capitur, nempe tam
 pro illo qui rationem exigit, quam pro eo qui illam
 reddit) non debere peregre proficisci, non habere
 suarum rerum potestatem, non posse diuis
 quicquam consecrare, non adoptiuum fieri, nõ pos-
 se in summa de suis rebus quicquam statuere: sed
 omnes illorum facultates qui Reipub. rationes non
 reddiderint, oppigneratas reipub. vult legislator.
 At dicet aliquis: quidam fuit in aliquo ordine, qui
 nil usquam nomine publico accepit, aut expendit.
 Etiam hunc vult rationem reddere oportere. Ver-
 rum qui poterit, qui nil habuit? lubet lex isthuc
 ipsum inscribere: Nil unquam publico nomine ac-
 cepi aut expendi. Immune quidem certè rationis
 reddendæ in ciuitate nil debet esse. Subiungit pau-
 ló post: Num oportebat te o Demosthenes, secun-
 dum patriam consuetudinem permittere ut logista-
 rum præco proclamaret, ^{tis beneis natura, quæ quis}
 vult accusare? Hæc Aschines. Cætera iam antè
 tradideram. Proculdubio si hæc lex tantam apud
 nos vim haberet, reprinrentur coactorum furta,
 electorum technæ, quæstorum fraudes, iudicū sor-
 des, fauores, oppresiones, si semel testes omnes ad-
 mitterentur, proposita tamen falsis testibus & ac-
 cusa-

cūfatoribus capitis pœna. Quot enim putas misere laceratos, enecatos, spoliatos, de suo iure deturbatos, ea una de re mutire non audere, sed altū corde dolorem agrè premerè, quòd non est liberè sine forma accusandi locus: unde innumeræ iniuriæ. Vnum sane id dicere de repub. Gallia non uerebor, quòd nullam rationem perpetuus reddat magistratus, contingere, ut quicquid fraudis & iniuriæ usquam ubiuis terrarum fuerit, leuissimum uideatur, si cum immortalitate & uersutia litium & litigantium alumnorum conferatur. Præstantissimus in eo genere est, qui fraudulentissimus. Ius ipsum civile potius numerorum aucupium, quam quouis alio uocabulo dici potest. Videas bene dicacem hominem, decem aut paucioribus annis centena aureorum milia cumulare: quum interim miseri litigatores ante litis finem non aduertant, qua de re uterq; cõtendit, id cessisse patronis & sanguisugis: & interim si quis sit perditissimus horum, potissimum qui sunt in curijs magna autoritate affinis ruri, idem non rarò ui aut dolo facit in ceteros homines, quod hi stoliditate partium sunt soliti. Quamdiu enim in curia aget qui illi faueat, autoritateq; polleat, eludet miseros, oraq; illis obturabit. Nam nil tam sceleratum est, quin possit iure nimis subtiliter enucleato, aut contorto potius, nõ tantum excusari, sed æquū uideri: ut ediuerso, nil est tam san-

ctum, tam antiquum, quin possit iniustum & uindē
 eandem iudicari. Ita sanē pauperi sumptibus, sa-
 cerdotum, principis, militisq; grassantis ubiuis ter-
 rarum oppresso, inter has aranearū telas uix quic-
 quam licet possidere certi. Nolum esse hoc in loco
libertis hancōv, ut inquit ille: sed nisi me fallit conie-
 ctura, futurum est ut hæc iudicarij, ordinis labe
 propediē aut accipiat, aut quicquā magni mali &
 repentini reipubl. adferat. Nil enim refert, palam
 an per cuniculos in alienas possessiones inuoles.
 Certe quoties ita sunt obruti plebeij, diuina illo-
 rum ultrix prouidentia adsuit, rerumq; statum fre-
 quenter mutauit, superbosq; deprestit. Peccatur ue-
 rō inter nos, qui Christi sancto nomine tegmine,
 quā ab ethnicis uel impijs, longē grauius, dupli-
 ci nomine. Illi enim deo & hominis scopo destitu-
 ti, palam irruerant in tenues pro libidine: nos &
 sacrosancto IESV CHRISTI Euangelio &
 legib. quibuscumq; abutendo, uitiaq; tegendo dete-
 riora clāculum, quā illi olim palam, cōmittimus.
 Vnum id possum de Gallia nostræ tempestatis dice-
 re, nam non est tibi similis: omnia, præter lites, in
 ea esse mortalia. Vetus mores nullæ leges, leges ue-
 tustæ pauimentum uetus. O si liceret accusare quo-
 tannis sanctos magistratu. At quis custodiet ip-
 sos custodes? Ad te æquissime Cancellarie, tanquam
 iuris asylum nisi recurrant miseri, actum de re il-
 lorum

lorum est. Logistas & uocabulo suo nouerant Latini, reiq; publice curatores appellabant. l. curator. C. de modo multar. Curator reip. (inquit imperator) qui græco uocabulo logista nuncupatur, multandi ius non habet.

DE CVSTODIEVS, QVOS GRÆCI ἀντιγραφῆς uocant. Cap. XV.

Q Vos Græci ἀντιγραφῆς dixere, Latini custodes, aut græca uoce antiographarios appellarunt. Aderant hi obseruatores his de quib. proximo capite egi, rationesq; omnes in diario scribebant: quò nostri facere solent in omni administratione publica, pecuniarum præcipue, Aeschines *κατὰ τὴν σιφῶντος. πρῶτον μὲν τοῖς αὐτῶν ἀδελφοῖς*, &c. Primum quidem ὁ Atheniensis, suffragijs eligebatur antiographarius urbi, qui in singulis Prytanijs prouentuum rationes populo recitaret. Vlpianus Tit. de admitt. tut. l. Si plures. Dati sunt, inquit, quasi obseruatores actus eius & custodes, Suidas ait τὸν γραμματεῖα ἢ ἀντιγραφῆα eadem significatione esse, fortasse iam degenerē linguā suo seculo secutus. uocat enim uulgari uoce τὸν γραμματεῖα, scribam & antigrapheum græci omnes. subiungit autem, primum acta senatus recitare solitum, alterum transcribere. Statim uerò sui immemor, palinodiam cantat, sed in melius meo iudicio mutata sententia. Alterum enim ait fuisse in senatu, alterum in publico

71 DE MAGISTRATIBVS

administratione obseruanda: quod & rationi, & hodierno rerum usui apud nos est consentaneum. In cuius enim omnib. est scriba, qui calamo celeritè à iudicibus prolata excipit, quem *γραμματικός* nominare possumus. Alter est qui singulis accepti & impensi publici rationibus adest custos aut antigraphus. Verùm & de scribis dicere ex occasione operæ precium uidetur. *γραμματῆς* erant scribæ tres numero, ait Suda, quos Romani à secretis dicunt, qui acta senatus sanctiora transcribebant, seruabantq;. Ceteri tamen Græci uolunt à singulis tribus singulos fuisse: quod uero similis est. Nam qui fieri potuisset, ut tam ingens Reipublicæ moles, populusq; seditioni natus, tantum tres scribas haberet, quum tot essent iudicia, iudicumq; ordines, quibus ipsis necessariò aderant singuli? *Ἔσχιμος* *ἑκαστῶν* etiam addit, scribas solitos illorum nomina excipere & seruare, qui administratæ Reip. essent rationem reddituri: & quoad reddidissent, in publicis diarijs conseruare. qua in re ferè illis conuenit cum nostris. Nulla Respub. mihi uidetur illis carere potuisse, itaque nullam comparationem addere uisum est.

DE QUÆSTORIBVS ILLIS QVOS

Græci demarchos uocant. Cap. XVI.

Q Vos Græci *δημόφρωνες* nominant, an rectè quæstores uocare debeam, an ex ui uerbi tribunos ple-

plebis, quum apud nos tale exactorum genus iniustatum sit, nescio. Videbitur ex officio uis nominis, & propria appellatio. Scribunt multi fuisse decem numero, ueluti tribunos plebis, aut singularum tribuum duces: de qua significatione hic non ago. Iulius Pollux ait, illos in locum *πρωτοδικων*, *πρωτοδραμων*, *πρωτοδραμων* ue(nā hoc nomen ita diuersum pro re eadē apud uarios authores est) successisse: fuisse uerō in singulis tribubus X II. partes, quæ singulæ *πρωτοδικαι* dicebantur, quibus ipsis singuli præerant demarchi. *πρωτοδικαι* autem singulæ tempore belli duos equites & nouem unam suis sumptibus dare & ornare, illisq; ad finem belli sumptum facere nomine Reipubl. debebant. Erant ergo *πρωτοδικαι* CXX. demarchi totidem, naues totidem, equites CCXL. quum belli ingrueret necessitas, sine illis quæ ab aerario publico petebantur. Curabant primò quæ ad ius naucratiæ pertinerent conseruari, sarta testaq; omnia haberi: unde quum crebrò exigenter, erant pauperibus molestissimi, quum pro ratione soli, ædium, mercium, aut artis, soluere cogentur. nisi enim soluerent, *πυρραγορα*, id est pignora capere, auctioneq; distrahere ad summæ usq; rationem poterant. Ad illas molestias popularium alludit Aristophanes in Nebulis, his uerbis:

Δάμνη μὲ δὴ μάστιγις τῆς ἐν τῷ στρατοῦ.

Aliquis, inquit, demarchus me mordet ex lecto. In-

dicat autem illa allusio ^{id est} id est cunicem, ut ait
 interpres, quod tenuioris fortunæ homines soleant
 continuis affici molestijs à coactoribus, non secus
 atq; cunicibus noctu somnum excutientibus. Locus
 ille a liouari non caret ardua difficultate, quomodo
 Demarchus unus possit ex culcitra ad mordendum
 prodire. Vt autem Demarchi minori popularium
 iniuria corrauerent, describebant in singulis regio-
 nibus (nec enim Athenæ tantum Athenæ fuere) at-
 que agri Attici prouincijs quantum agri fertilis
 sterilis uel esset, demum quantum quisque posside-
 ret: (ut in illis indictionibus quas regales taleas uo-
 cant, in Gallia Narbonensi fieri solet) demum pro
 possessionis ratione, merciumq; usu exigebat: quod
 an sit olim factum in tota Gallia, nescio: id unum scio,
 si fieret, electorum ars eludi posset, qui à publica-
 nis aut ditioribus accepta pecunia traducunt sum-
 mas in alios pagos aut impotentiores, aut æque as-
 flictos. coercerentur præterea (nisi iam excogitas-
 set contra illorum fraudes sanctionem Poyetus Can-
 cellarius) illi nobiles qui tenuiorum terras obno-
 xias regio censui, suis adiungunt, immunesq; red-
 dunt. Præterea non pauci aut proprii compendij
 aut fauoris gratia uillas ex censuum omnia gene-
 ra conducunt, illaq; nundinatione, pecuniæ publi-
 cæ non parum auertunt. Etiam negligentia illa tran-
 scribendi soli contingit, ut qui inter ipsos paræcos
 sunt

Sunt tenuissimi, ferè omnia persoluant: diuites quia alternis annis publicani solent eligi, ut summam nondum perceptam representent, sibi mutuo parant, atque secundum prouerbium, manu manum fricant: quapropter aut res fisci ad certam pecuniam estimari, aut coactores omnium iudicio æquissimi delecti deberent perpetuò in officio esse, ne locus talionis in eos esset: aut communi popularium suffragio summa constitui illis deberet, tum enim non facile fierem solita iniuria. Verum longè amplius in secundo Reipublica Turcica volumine ista iam tradidi, quò remitto lectorem. Post curatam illam pecuniam quæ erat imperata, secundo officio Demarchi eos iuuenes quibus per ætatem liceret τὴν ἀξίαν ἀρξάν, successionem hereditatè uel administrare, ἢ τὴν ἀξίαν ἀρξάν, in diario uidelicet hereditario, adscribebant: quæ res magnam adferebat utilitatem. Nam iunioribus, & rerum imperitis, non licebat rem domesticam, dum fingunt se uelle seorsum agere, decoquere, & paternas atq; adeò fraternas & auitas opes absumere. unde innumera lites apud nos scaturiunt, non raro & cædes: summaq; inopia multos per scelerum licentiam, quam in re paterna dissipanda didicere, ad laqueum adigi certum est. Deinde quoties super ætate oriebatur contentio (quod quum alibi frequenter, tum maxime in magistratibus dandis & accipiendis

erat solitum contingere) diarium ubi statim nati
 scribi solebant, fidem faciebat ueri. In qua etiam re
 maxime Poyeti prudentiam admirari licet, qui re-
 gij sanctionibus curauit ut paræci, curiones, seu
 uicarij singulos ad sacram intinctionem oblatos in-
 fantes in paræciæ diario adscriberent. Tertia utili-
 tas inde manans, erat tyronum ad rem militarem
 opportuna electio: ex qua obseruatione hodie Tur-
 cæ gens alioqui non usque adeo rerum perita, per-
 petuo milite abundans, ultraq; CCC hominum mi-
 lia delecta semper ex iuuentute Græciæ habent,
 qua præclarissimæ orbis parti imperando, nostro
 capiti imminent. Sed de his alibi commodius. Con-
 uocare præterea *παναγίας* suas singuli demarchi in
 urbē ad leges accipiendas solebant. Crediderim sa-
 ne eam appellationem esse deprauatissimam, quum
 uix, ut iam dixi, inter duos authores in eo nomine
 conueniat: quamobrem uariorum authorum au-
 thorum sententiam adferendam de ea duxi, eamq;
 lectori excutiendam relinquere. Demosthenes *ἡτὰρ*
τιμωρᾶτος uocant *παναγινὰ, ἢ πῶτι*, inquit, *τὰ πῶ*
πρατίνᾳ βέλτιον φέρει ἂν τοῖς ἀττικαῖς. Ne forte
 naucratica, id est res tribuū, melius in Atticianos
 procederent. Aristophanis interpret *παναγῶρος* de-
 marchos appellat. Demarchi, inquit, scribebant in
 diarys eorum nomina qui Reipub. debebant quip-
 piam. Ad hæc libellos lexiarchicos apud se seruare
 solebant

solebant, congregabantq; populum ad leges quum opus esset accipiendas, quibus ipsis popularibus easdem offerre solebant. Aristoteles autem de Clis-
 thene ait (scribit idem interpres cum Harpocrati-
 one) quod quum esset in summa reip. authorita-
 te, fecerit eodem esse instituto Demarchos cū nau-
 craris seu nauclaris, qui à Solone creduntur pri-
 mum instituti. Hi pompam in Panathenais ornare
 solebant. paulò mox subdit idem interpres, Est
 autem Demarchus idem qui ἐπιπόλιος. diuersum
 à cæteris authoribus scribendo. Verum ex uocis ra-
 tione parum errant. Item Asclepiades Alexandri-
 nus τὸς ἐκτὰ τὸν Ἀθηναίων ἀρχοντας ἀναδείξας uocat, ut
 uerò scribit Demetrius Phalereus, Solon maxima
 diligentia curauit constitui Demarchos, qui inter
 populares principes essent, simulq; quod æquum
 & iustum reipub. erat, exigerent darènt ue. Hæc
 interpres, omnia in dubium relinquens: ex quo lo-
 co illius ingenij curiosam ostentationē magis quàm
 acutum iudicium licet deprehendere. Harpocra-
 tion ait: Erat ναυκράτης Aegypti emporiū. Si uerò le-
 gamus ναυκράτης, sunt res principum. Nam olim
 τὸς ἀρχοντας, id est principes, ναυκράτης appellare so-
 liti erant, teste Herodoto in decimoquinto histo-
 riarum. Verba sunt Harpocratonis, quæ indicāt,
 etsi Musas Habemus Herodoti, tamen alia cum scri-
 pisset quæ temporum iniuria periere.

DE MAGISTRATIBVS
DE QVÆSTORIBVS REPE-
tundarum, quos græci *ῥητορες* dicunt.

Cap. XVII.

Decem erant *ῥητορες*, aliàs *ῥητορες*, debitorum
Dexactores: *ῥητορες*, rectores: *ῥητορες*, emen-
datores: *ῥητορες*, directores: *ῥητορες*, iudicia-
les: aut *ῥητορες*, rationum magistri uocari soliti:
quos quia rationes reddere cogebant, atq; repetun-
darum reos agebant, non possum alio uocabulo
quàm coactorum aut questorum repetundarum
nominare. Hi à nouem principibus utris in maxi-
mis maximeq; urgentibus reipublicæ calamitati-
bus delecti, tributa popularibus augebant, de-
bitaq; omnia exigebant, unde *ῥητορες* dicti, non
quòd deberent, ut uox cõmuniter notat, sed quòd
exigerent. Vox enim *ῥητορες* & *ῥητορες*, licet fre-
quenter passiue capiatur, hic tamen passiuæ est, ut
& in græco uulgari sermone utraq; uoce utuntur.
Illis erat numerandum reipub. pro ratione acce-
pti, reddita apud logistas ratione. Magistratum
alioqui pedaneorum rationes audiebant, repetun-
darumq; agebant, si quis à popularibus præter æ-
quitatem salarij quicquam accepisset. Causa perpe-
ram obitæ legationis, quã Græci *ῥητορες* di-
cunt, solebat apud eos dici, unde *ῥητορες* sunt uo-
cati. *ῥητορες* porro dicebantur illi à quibus ratio-
nes ab his exposceretur: præterea *ῥητορες* *ῥητορες*,
dare

dare rationem, uel pœnam suscipere. inde illorum
 magistratus dici solitus ἀδύνη, quum alioqui ratio
 nem & pœnā significet ea uox. Adesse illis solebat
 ἀδύνατος. scriba, de quo egi: qui uiritim omnium
 popularium omnia ederet, censusq; omnium ratio-
 nem promeret. Quum autem lis de re fisci apud il-
 los oriretur, tunc sistebant reos ad maiorum iudi-
 cum subsellia, pariter & eos qui non essent solu-
 do: cuius rei Isocrates contra passionem in Trape-
 zitico dat argumentum uersus finem, ἐτι δὲ παρ' ὧν
 ἔχουσάνυσσά τῶν ἐνάντων τὸν χρόνον πλεῖστος ἢ χεῖριστά τῶν
 παρ, πρὸς δὲ τὸ τοῖς εἰσφορῶν ὅμιον προσαχθεῖστος, καὶ ἐπι-
 γων ἐπιγραφῶν γυνομένων, ἐγὼ πλάστον εἰσίνεργα τ' ἔ-
 νων αὐτὸς τε καὶ οἱ ἐμοὶ, καὶ ἑμαυτῶν μὲν ἐπιγραφάμην
 εἰσφορῶν μεγίστων, καὶ ἐπὶ πασσίνων ἐδιδόμην τῶν ἐπιγρα-
 φῶν, λέγων ὅτι τοῖς ἐμοῖς τυχεῖσσι χρέμασι χεῖρομηνος. In
 super (eos, subaudi, in testimonium uocabo) à qui-
 bus ultra mille stateres precario accepi. ad hæc in-
 dictione nobis imperata, inscriptionibus uarijs fa-
 ctis, plus ego & mei numerauimus, quam peregri-
 ni: mihiq; maximam collationem persoluendam du-
 xi. Pro passione uero erat mihi opus inscriptori-
 bus, quod dicerem illum etiam meis esse pecunijs.
 Hactenus Isocrates. Describebat uero is scriba cum
 magistratu in σιτοδοκίαις, id est frumenti contribu-
 tionibus, suum cuique modum, ut in publicum hor-
 reum inferretur. quam annonam qui dispensabant,

79 DE MAGISTRATIBVS

οἱ τοῦτῶν dicebantur: qui seruabant, οἱ τοῦ ἄλλου, an
 nonæ seu frumenti custodes. locus ubi seruabatur,
 τὰς οὐρανῶν. Qui undique conuehendum in urbem
 curarent, οἱ τῶν ἀ, frumētatores, aut annonæ præfe
 cti, ἢ τὸ τῶν οἱ τοῦ ἰνέαια, ab emendo frumento dici
 consueuerant. Magistratus hi nobis passim reipub.
 contemptu neglecti, admodum sunt necessarij. Eos
 habent summa in cura Venetiæ. Curam enim con
 uehendi undiq; frumenti habent illi quos à provi
 dendo vulgò prouidadorios uocant: recondendi,
 seruandi & distribuendi Duumuiros quos farina
 rios ea de re appellant, quòd popularibus semper
 niiori precio iuxta eum urbis locum qui Riuus al
 tus dicitur, distrahant, quàm mercatores soleant:
 ut nebulonum rempub. labefactantium fameq; ene
 canium auaritia coerceatur: quæ non raro apud
 nos medijs in urbibus, prò pudor, usque adeò inua
 luit, ut nonnunquam frumentum (quo in cumulum
 putrefacto quæ pestis possit esse tetrior, non facile
 dixerim) ob auri sitim diutius conseruatum, &
 tandem putrefactum, aut defodi aut in medium flu
 men cõjici uideas, quod centies centena hominum
 milia alere possit: & non tantum eximi ab usu,
 quod per prouidentiam erat à natura donatū, sed
 & elementa inde labefactata uidemus. Habēt ijdem
 & duumuiratum annonæ præfectum, qui curet
 obsonia conuehenda. At ne quis causetur Venetijs
 tantis

tantum esse hos magistratus propter circumfusum mare, sunt nobis exemplo apud Turcas, quos barbariores, rerumq; imperitos falso credimus, ædiles, urbi ue præfecti, quos patria lingua Sfar emin, id est urbis præfectos nominant, qui ut popularibus sit copia oryzae et frumenti, perpetuo curant, utq; uiliori precio distrahatur, nèue nullum sit illarum rerum monopolium. Idem in exercitu curat Arpac emin, hordeo quo illic equi aluntur, præfectus, ut abundè pabulum militibus adsit ad equos alendos. Tanto olim studio Romani coluere rem frumentariam, ut sine qua nulla respub. incolumis est, ut alueos à singulis regionibus Aegypti ære publico in Nilū ducendos curauerint, quibus frumenti ingens uis Alexandriam, ac demum Romam conueheretur: incredibiliq; sumptu eos alueos seruari curauerint: ea lege, ut si quis aggeres Nili, qui erant alueorum ripæ, rupisset, capite plecteretur. Ager Bizacenus in Africa, Campania, Sicilia, & quaecunque olim regio fuit frumenti ferax, tantæ fuit illis curæ, ut provinciae nomen inde habuerint. Sed ad *orōvas* redeo, quo uocabulo usus est Iurisconsultus Dig. de iure. & honor. l. Munerum. Nam harum, inquit, specterum curatores, quos *stōnas* & *elæmporos* Græci appellant, creati mortis est. Antequam Budeus nostræ Galliae suo seculo primum ornamentum, Græca illic reposuisset, alba ibi

ba ibi papyrus erat: & interim satis habent nostri
 Accursiani, si bonas contemnunt literas, si non esse
 de pane lucrando, ut aiunt, adferant. quid illie
 potuissent pro *οιτόναι* & *ἰακουτοποι* comminisci?
 At dicent, & si Græcè scriptum esset, non legere-
 tur. Instit. enim de public. iudicijs, ubi de sicarijs
 agitur, Accursius aut alius dignum patella opercu-
 lum Accursianus scripsit pro commento, Hoc to-
 tum quod sequitur, omittas. & alibi, Græcum est,
 legi non potest. Verùm quomodo sciret Græcè, qui
 uix latina intelligat? qui ait bina esse quatuor: *ba-*
lucam, quæ uox aurum *χρυσόν* significat, *bain-*
lans lucem: *bastagarios* laniones, aut ut uocat *be-*
charios: *topiarios* esse fossiores, et alia sexcenta. At
 eius patet latè impudentia in Digest. de orig. iuris.
 Vlpianus uoce *οιτόναι* Græcè usus est tit. de uaca-
 tionibus & excusationibus munerum, lege secun-
 da, Sextumdecimum annum ætatis agentem ad sito-
 niæ munus admitti non licet. quod uocabulum sta-
 tim in quandam urbem uertit audaculus Accursia-
 nus. Non ita admodum differebant ab illis scribis,
 quorum in sitonijs mentionem feci, qui uocaban-
 tur *λογόγραφοι*, quasi rationum scriptores. nam &
 loco *ἰακουτοποι* ponebantur, quum alioqui uox illa
 oratorem uersutum, & (quod Græcè magis expri-
 mitur) *λογολαίδαλον* significet, quo conuitio se mu-
 tuo impetūt *Aschimes* & *Demosthene*s. Hæc uarie
 tatent

tatem significationis huius uerbi notauit Thomas
 magister, grammaticus insignis, in Eclogis, quas
 mirum est à linguæ Græcæ studiosis ita negligi,
 quum ex illis maximi nominis uiri suos commenta-
 rios locupletauerint, λογογράφος, ait, ἢ μίμου ἢ λόγου
 γράφου, ἀλλὰ καὶ ἰδίαι διὰ τὸν ἄνθρωπον ἐπιγράφει, εἰσὲν ἡ ἀπολογία
 φος. Ἀνακράσεις ἐν τῷ ἑσπερίῳ, λογογράφος τοῖς νόμοις
 ἐπιγράφει ἀπονακτεῖ, καὶ τοῖς ἀνδράσι ἐπιγράφει. αἰσχίνας ἐν τῷ ἑσπερίῳ
 ἢ ἀνακράσεις, λέγουσι τῷ λογογράφῳ τῷ ἄνθρωπῳ, καὶ ἀνδράσι. Lo-
 gographus non solum significat eum qui oratio-
 nes scribit, sed pro calumnia inuenitur: perinde at-
 que falsidicus, aut fallaciosus, pro contumelia uti-
 tur Demosthenes. Aeschines obijcit Demostheni ue-
 luti uersuto et barbaro, seu serino Scythicoq; inge-
 nio. Nil mirum est, ita in inuidiosam & omni-
 no contrariam significationem transire & dege-
 nerare uocabula, quum eò cogant perditii mores
 hominum. Prima tyranni appellatio principem
 æquo iure omnia administrantē notabat: improbi
 ad inuidiā & odium traduxere. Sophistas uiros do-
 ctissimos uocauit antiquitas, impostores et nuga-
 tores ea uox genuit. Idem est de rhetorib. iudiciū.
 ut enim salutem rebus nascentibus attulere, ita com-
 positis & consistentibus cladem. Quid nunc re-
 glium possis in multis dicere, præter uocabulum?
 uox certe fiet παρὰ ἑα similis, ut sacerdotis et mona-
 chi. Est enim probro tam propinqua ea uox, ut lo-

83 DE MAGISTRATIBVS

co probri multis obijci & accipi soleat, quæ olim
fuit sanctissima. tam indigna magnis & sacris no-
minibus sub illis admittuntur, ut pudeat etiam a-
gnoscerè uocabulum. Iam pridem certè si licuisset,
summa reipubl. administrationis uocabula pro me-
rito habentiū traducere & agitare, uideretur uer-
bis ut rebus, *νοτα τῶν μαγορίων, ὁ δὲ ὕψις*. Ut e-
nim sepe uisum est, posset dici rex, *sex*: patrones, la-
trones: episcopi, episcoti: pastor, alastor: ita sunt
omnia deprauata, & ruinae proxima, ut nisi pau-
cissimorum pietate & precibus constarent, ceteri
ad poenitentiam expectati, credam iam in foribus
esse. Verum ad alia ueniendum est.

DE LEXIARCHICIS, PERIPO-
lis, & ephebis. Cap. XVIII.

Quoniam iam ante in Demarchorum muneri-
bus mentionem de iuuenibus feci, qui in diario
quod *ἀλβύρια*, id est album, & *λεξιαρχικόν* uocant,
inscribi solebant: de illis nunc sermo est absoluen-
dus. Antequam *τὸ ἕξω ἕρπον*, id est rei heredita-
rie potestatem haberent, biennium solebant cir-
cumire regiones limitaneas, ueluti tyrocinia armo-
rum meditando: tuncq; à decimo octauo ætatis an-
no, quo ex ephebis excedere mos erat, ad uigesi-
mum uocabantur *ἐπισπῆδοι*, id est circumitores, et
ἐπιτοί ob ætatem, *ἐποδοί* ob uiam & peregrinatio-
nem in qua uersabantur, etiam *τὸ ἕξω ἐπὶ τῶν ὁρίων*, re-
gionis

gionis inspectores, non ueluti magistratus, sed ut
 quum ingrueret necessitas, essent regionum, uia-
 rum & locorum periti. Exacto demum biennio,
 ueluti in primum laborum dicebantur $\lambda\eta\epsilon\iota\alpha\epsilon\chi\iota\alpha\iota$
 $\kappa\omicron\iota$, qua iam dixi ratione. $\lambda\omicron\epsilon\iota\upsilon$ enim Græci $\epsilon\iota\upsilon$ τὸ $\lambda\omicron\epsilon\iota\upsilon$
 $\gamma\epsilon\upsilon$, id est à desinendo, hæreditatem dixere, quòd
 scilicet statim ab uno in alterum desinat. Alioquæ
 (ut ex Isæo notauit Harpocratio) $\lambda\omicron\epsilon\iota\varsigma$ unitatis
 numero τὸ $\gamma\epsilon\iota\lambda\mu\mu\alpha$, id est accusationem significat.
 Facta illis facultatum potestate, iusiurandum istud,
 quò inscriberentur, in Agraulo loco subdiali præ-
 stare solebant. Iuramentum Lexiarchicorum: Ar-
 morum nunquam me pudebit. Ducem cui semel ad-
 ditus fuero, nunquam relinquam. Pro aris & focis
 solus aut cum pluribus decertabo. Patriam deterio-
 rem non reddam. Aduersus quamcunque regionem
 decernar, nauigabo. Assentiar æternis iudicijs æ-
 quitatis, sacrisq; iam receptis parebo. assentiar
 his etiam summa pace quæ plebs sanctè sanxerit.
 Quòd si quis legibus non paruerit, easq; euertere
 uolet, nõ permittam. uindex uerò seu solus seu cum
 multis ero. Sacra patria semper colam. Hos hodie
 Demarchos seu $\epsilon\iota\upsilon$ τῶ $\lambda\omicron\theta\upsilon\lambda\omicron\mu\alpha\tau\iota$ τὸς $\upsilon\epsilon\iota\varsigma$ $\epsilon\iota\epsilon\rho\alpha\phi\omicron\nu\tau\omicron\epsilon$
 duplici in officio Turcæ habent, nomine uidelicet
 principis, & militum. Nomine quidem principis
 tertio, quarto aut quinto quoque anno, pro bello-
 rum usu singulis in uicis & urbibus colliguntur ab

eis iuuenes ex toto loci unius grege unà compo-
 sito, ut facilius sit in turba electio, pro uirium cor-
 poris & formæ ratione: qui delecti ea lege ne una
 domus duos fratres exhibeat ad id munus, condu-
 ctique Constantinopolim, ubi nunc regia est, in tres
 classes rediguntur. Quos forma naturæque indoles
 præstantior ornat (quod in primis physiognomo-
 niæ periti in eam rem delecti curant, etiam in pri-
 mo delectu) hos principes seorsum adhibitis doctis
 præceptoribus formandos in re literaria ad per-
 suasionis usque notionem, & re militari curat, do-
 nec nati sint ut minimum XX. annos) nam quum
 eliguntur primò, ex ephebis excessisse non licet, sed
 in hunc numerum sint adscribendi tum satis exer-
 citati nobilitate donantur, equitesque trium gene-
 rum fiunt, Spachi, Seliçtari, Vluphegi. Secundi or-
 dinis, principis hortos, quorum non tantum ipse,
 sed & tota Turcia est studiosissima, colunt, bire-
 mesque, quibus princeps uectari in mari solet, agere
 Constantinopoli quum princeps adest, solent. Ter-
 tius ordo, infœlicium planè, datur diuitibus prin-
 cipibusque uiris, qui illos non raro totos octo annos
 durissimis exercent laboribus, interim agrè natu-
 re illorum tenuissimeque, satisfaciunt, donec qua-
 dam uirtute principibus ducibusque belli innot-
 scant, militumque numero adscribi soleant. qua arte
 effectum est, ut perpetuo milite abundet Turca. Nec

ATHENIENSIV

uerò tantum ad hæc munia deliguntur quos parit
 Græcia, sed & bello capti, emptitij, quacumque ar
 te comparati, modo non sit inepta ætas, solent eum
 augere numerum, sensimq; crescendo, qui non sta
 tim munus equestre consequuntur, fiunt linghamze
 ri, inde Solachi, custodiæ principis inuigilantes:
 postremò aut equites, aut maioris muneris, donec
 rude donentur. Delectus principis ita habet: Ut ue
 rò tam ingeni perpetui militis numero parata sit
 pecunia, habent & suum delectum, quos iam bene
 gestæ rei fama euexit. Nam ut præsens est apud
 Turcas pœna socordibus alas ad uirtutem facere
 solita, ita præclarum aliquod facinus aggresso sta
 tim præmium adest: quæ ipsa sunt duo maxima uir
 tutis excitandæ fundamenta. Præter decimas, qui
 bus olim ecclesia Græca dotari potissimum sole
 bat, etiam militibus, hisq; quos princeps euectos
 cupit, militiæq; paratos, masculæ ætatis in uniuersis
 prouincijs, quemque tamen suo iure, ius inquir
 endi est permissum, ut quotquot ex ephebis exce
 dunt, & ut propriè magis Græcè efferam, *σπῆραι*
μισοι quotannis XXV. aspra persoluant: qui uxo
 rem duxere, XXX. qua industria facile trecenta
 hominum millia quotannis alit. Indictio sola uenit
 ad principis ærarium. Cetera, quomodo, scilicet
 possit dignosci qui ad nobilem accessit ætatem, ac
 ceptiq; & impensi rationes omnes tractauit in se

cundo rerum Turcicarum libro. Sed nimis sum digressus ab incepto τῆς ἡγεμονίας. Hoc nomen fuit sexuiratus, cui potestas erat quoties magna comitia cogerentur, eligendi XXX. uiros subadiuuas, qui omnes funiculo cinnabari tincto populares in audiendis legibus senatūq; adeundo socordes impeterent, notarentq;: qua nota per negligentiam accepta multabantur: unde parcemia de illis efferri solita qui pœna timore non amore uirtutis in officio essent, σχοινίου φάρουσι μεμνητωμελίου, id est, Funiculum fugiunt minio rubricâue tinctū: aut ut Erasmus uertit,

Vitant sinopi collitam restim rubra.

Tale genus hominum frequens in urbibus est, quos nisi uis legum magistratusq; diligentia coerceat, in officio nunquam contineas. Aristoph. ἐν ἀχαρνέσσι,

Ὅτ' ἂν ἐν ἀγορῇ λαλῶσι, κἀνα χειρὶ κἀτα

τὸ σχοινίου φάρουσι τὸ μεμνητωμελίου, id est,

Illi in foro nugantur, ac modò huc modò illuc funiculum fugiunt cinnabari tinctum. Ab hac dictione σχοινίου, quoniam multa uerba scitu non indigna, à nemine (quod equidem uiderim) explicata, ueniunt, uisum est ea addere explicareq;. σχοινίσειν itaque est circumscribere, finire, diuidere, solum dimetiri, ueluti in locorum, finium, hereditatis ue designatione agrimensores solent: qui etiam loquendi modus Hebræis atque Chaldæis, à quibus

(à quibus ut disciplinarum linguarumq; primis authorib. Græci multa accepere) est familiaris, ut **חבלים נפלו לי בנעמיים** Chabelim naphli li benehimim: id est, Funiculi acciderunt mihi pro uotis: aut ut uulgata habet editio, Funes ceciderunt mihi in præclaris. quæ uox prophætæ regij est, adferentis nil sibi non futurum gratissimum, quod Deus præscripserit. Verum de illis locutionibus amplè scripseram antequàm nostræ tractationes de Linguarum uarietate, ac nos ter de Originibus liber ederetur: quæ quum extorquerentur ista magis quàm prodirent, uisum est seruare in alium locum. **περισχοινίσω** item circumscribere significat, inq; unum ducere. Pollux, **Τὸ δὲ δυναστῆων** (τὸ ἐν ἡλιείᾳ) **περισχοινίσειτο τῷ μὲν βασιλείῳ προσαγγείλαντος, τῷ δὲ θεομοδιτῶν πλεονύτων, καὶ τὰ λοιπά.** Tribunal uerò Heliæum circumscribebatur rege quidem id iubente, thesmothetis autem implentibus. Quinquagintaq; pedes illa circumscriptio distabat à iudicum loco, ut ministri subsistentes obseruarent ne quis adesset qui iusturandum non præstitisset. Valuæ porrò iudicij uocabantur **κικλιδεις**, non absimiles illis quas **καρικιλῶτας** dicunt. Demosthenes **κατὰ ἀριστοῦ. ὅν ἐν ἡ δὴ οὐ ἐγὼ παραδείγματος ἔνεκα τὰ γνωσιμώτατα. τὸ τῶν βασιλῶν τὸς πικτικισίους ἀπὸ τῶ ἀδίνος ταυτικῆ κικλιδος τῶ ἀπορρήτων κυρίων εἶναι, καὶ μὴ τῶν ἰδιώτας ἰκασίνας, τὸ τῶν δὲ ἀρεῖς πᾶσι βασιλῶν, ἔτακτο ἐν τῶ βασιλῶν**

οὐκ ἔστι τοῦ καθ' ἑαυτὸν ἀποστολῆς, κατὰ πολλοὺς ἕσσ
 χίαν ἰσ' ἑαυτῆς ἔχει καὶ ἀπαντας ἐκποδῶν ὑποχρεῖν.

Quorum (inquit de ordinum maiestate agens) u-
 num atque alterum dicam exempli causa, eaq; no-
 tissima. Primum, quod quum quingētorū uirorum
 senatus ab istarum terminum ualuarum limite tan-
 tum secretiora tractandi ius habeat, nec priuato
 cuiquam licet tum illuc introire. Alterum, quod
 Ariopagiticus senatus quum in regia porticu con-
 federit (locus erat Athenis) congregatusq; omni-
 no fuerit, alto silentio illic esse, atq; omnes secede-
 re necesse est. ἀποστολῆς cōtraria est significatio
 nis. nam expellere, proscribereq; significat: quod
 idem orator in eadem aduersus Aristogitonem ora-
 tione aperit, uocans ἀποστολῆς πᾶσι τοῖς ἀδὲ τῆς πό-
 λεως ἀδικαίης ἀποστολισμῶν, cui omni ciuitatis iure
 est interdictum. Verūm quia Budæus de eius signifi-
 cationis uarietate in commentarijs linguæ Græcæ
 egit, de illo dicere amplius supersedeo. ἀποστολῆς
 πᾶσι: id est, de aruspibus de cælo seruantibus.
 Quum prima editio huius operis prodijt, puta-
 bam futurum ut lenocinio harum humaniorū lite-
 rarum illectus, etiam olim amplissime prosequerer
 hoc argumenti, absolutamq; tractationē utriusque
 magistratus exequerer, profani uidelicet & sacri.
 Verūm uitæ huius calamitosa breuitas me ad sco-
 pum reducēs, facit, ut tradita hac lampade ijs qui
 absol-

absoluere à me institutum opus poterunt, quæ pri-
 dem à me erant obseruata de magistratibus sacris
 & ludis promam, reliquum uerò uitæ sacrarum
 rerum studijs addicam. Itaq; prima in editione à
 me hoc in loco prætermiffa, addam ut se offeret: li-
 cet meū scribendi ordinē improbauerit quidem no-
 strās, magni (ut credi uult) nominis homo, ut certè
 est, sed longè infra eius opinionem. Certè nisi uidif-
 sem id à multis factum de industria, quod mihi ui-
 tio uertit, & eius opera non secus atq; ille mea, à
 multis improbari ordinis ratione, proculdubio
 mutanda omnia censuissem: atq; historiam à me sus-
 ceptam, lumine quodam à philosophiæ penetrali-
 bus decerpto illustrassem. Verum quum ideas etiā
 rerum public. à summo ingenio uiris descriptas cer-
 nam, historias etiam suorum magistratuum ab alijs
 diligenter traditas uideam, in quibus tractandis
 nullus non est suo ingenio usus: putauit id mihi lice-
 re, ut meo etiam more institutū persequar. Aliud
 sanè est, quod omnibus est commune: aliud, quod
 uni tantum reipublic. in usu est, persequi. Fragmen-
 ta Xenophontis de republ. Atheniensium extant:
 Fenestella et Pomponius Romanorum magistratus
 descripsere: Antonius Sabellicus, Gasspar Contare-
 nus Cardinalis Venetam scriptam reliquere, non si-
 ne laude & admiratione posteritatis. Omnes ta-
 men promiscuè, & ut contigit, tradēdo. Vnus Con-

DE MAGISTRATIBVS

tarenus in ea re superior est, quod in sua reipubl.
 laudem ab Aristotele & Platone genera ipsa & di-
 uisiones est mutuatus, ut illam quæ sunt præstan-
 tissima in se comprehendere ostenderet. Si potuis-
 sem aliter tradere, faciet fidem tertius liber meus
 de Orbis concordia, non scribo sanè tam morosis
 lectoribus, aut censoribus patius. Inuentum Græ-
 carum literarum studiosam leuare hoc argumento
 statui. A me huius argumenti uocabula & histo-
 riam accipient candidati, ueluti à sartore uestes, à
 figulis ollas, à pictorib. signa, à superstitiosis gram-
 maticis formulas. Rerum cognitio mihi proposita
 est, non tantum qua doctior, sed qua melior possit
 lector effici. Nil enim me mouet hominis maledicen-
 tia, qua etiam doctissimos impetit. Primum igitur
 ἡρώδης dicam. Rerum diuinarum, aut ut me-
 lius, quæ ueluti diuinæ à rudi multitudine habe-
 bantur, erant interpretes Exegetæ: ita uocati ἑρμηνεύ-
 ῶνται, à narrando, seu interpretando. Ante-
 quam Dei sapientia et uerbum IESVS CHRIS-
 TVS superstitionas falsarum persuasionum im-
 posturas eliminasset, mirum quam uarijs technis
 prudentes homines, cæteros in officio retinere stu-
 duerint. Ut uerò maior fides illis haberetur, erant
 singulis generibus sui exegetæ, qui quæ ad præsen-
 tem rerum usum cōducere uidebantur, ueluti Deo,
 aut per auium garritus, aut uolatus, aut tripudia,

aut

aut numeros respondente, exponerent, popularibusq; numinis natura ignoti terrore, agenda, aut futura prædicerēt, suaderentq;. Huiusmodi innumera figmenta fuere, sed prima erant τῶν κωντίων, διαοντῶν ἁλῶν, χερσῶρων ἢ χερσὸμορόγων: uatum, augurum, fatidicorum. Post captos populares, nil in uatum superstitionem non est tractum. Verum primò ex quatuor elementorum actionibus, passionibus & formis, cœpit etiam curiose à multis obseruari πυρομαντία, ἀερομαντία, ὕδρομαντία, γῆμαντία, & inde κατὰτρομαντία, κατὰνομαντία: diuinitio scilicet ab igne, aere, aqua, terra, speculis et fumo. Hoc uerò etiam magnis eius tēporis uiris facile aliquid ueri in se habere credebatur, quoniam Deum adnexum & impactū materiæ ita credebant, ut propria ipse natura nullo naturali medio omnia agitaret. Multo uerò sublimiorē uaticinationē authores religionū in Chaldæa, India, et Perside obseruari uiderāt, unde de cœlo seruari dicebantur, ut inquit Cicero, aut qui superstitiose hanc uanitatē colerent, aut de ea pro more populo responsuri essent. Sub auguribus erant & aruspices, & auspices, & siquid ab obseruatione auium seu in libertate, seu in cauea esset, diuinandum. Quis uerò possit omnes imposturas ab oraculorum delira credulitate introductas persequi? Inde omnia falsarum persuasionum genera oborta. Verum quum de hac re amplè in tertio de

Orbis concordia egerim, quumq; ἐξυμνασθῆναι non tantum Atheniensium, sed cæterorum essent populorum, ad cæteros uenio.

DE SACRIFICVLIS, QVOS

ἰσοποιοὺς uocant. Cap. XIX.

Decem numero ἰσοποιοί, nomine Atheniensium sacra quinquennalia facere in Delo & Brauro ueribi Apollini, hic Diane solebāt. Præterea quæ in memoriam Heraclidarum instituta erant, ueluti & Eleusinia, & Eumenidum, quæ præfides Arcopagitarum esse credebantur. Alioqui id nominis commune omnis sacrificibus est. Demosthenes κατὰ μέδιον, ἕκαστὸν μὲν ἐστὶ τῆς βουλῆς ἱεροποιῶσαι, καὶ θύσασαι, καὶ κατὰρξαμέναι τῶν ἱερῶν κατὰ τῆς ἡμετέρας πόλεως, ἕκαστὸν δὲ ἀρχιθεύοντα ἀγαθῶν τῶν Διὶ τῶν νεμερίων τῶν κοινῶν κατὰ τὴν πόλιν διαρίων. πρῶτον δὲ τὰς σιμωνίους θεῶν ἱεροποιῶν ἀφ' ἧσδε ἀπὸ πάντων τρίτον αἶτον, καὶ κατὰρξαμένων τῶν ἱερῶν. Permisit me Medis in ipso anni ingressu sacro munere fungi & sacrificare, sacraq; quum pro nobis, tum pro tota ciuitate incipere & occupare: permisit etiam, ut nomine ciuitatis ego summo pontificatu fungens, agerem pompam, spectaculumue Ioui Nemeo. Neglexit, quum essem à toto Atheniensium populo delectus sacrificex sacrarum deorum Eumenidum, iam tertio occupantem, sacraq; incipientem. Hoc loco apparet ἰσοποιοῦν nullis dici mo-

dis

dis. ἀσθησία, de quibus in loco adducto scribit Demosthenes, est dies festus, auctore Suida, in quo quicumq; magistratu fungerentur, conueniebant sacrorum & ludorum gratia, primo anni die, ueluti Latine ingresoria dicas. θυραὶ δρᾶί, furiae sunt, quas ideo coluit antiquitas, ne nocerent: secundum Philolai uersum, quem falso adscribunt Pythagorae,
 τῶν τὴν κατοικησίων ἀδελφῶν ἀειμάρτας ἐνομοῦν βίβω.

Infernos uenerare deos, sacrisq; merere.

Ita ubiuis terrarum Veioves & ἀνοργοναῖοι dij coluntur, ne noceant: ueluti improbis & perditis hominibus. quo sunt flagitiosiores, modò sint opibus. aut fauoribus sulti, eo magis abbladiuntur miseri mortales, ne obsint. Ex hac infelici ratione oblatus hominibus die demon, pro Deo ferè in uniuersa India colitur, qua imagine uulgo pingi solet. Credidere uerò etiam Platonici, Nemesim furiarum primam, esse diuini iudicij angelum, quod non longè abest ab opinione secretiore Indicæ religionis. Dæmonem enim se ideo colere dicunt, ueluti dei uindicem & ultorem, ut sciat minus. ἰερονείους simili significatione fuisse ἰερονόφρους. alterum enim ἀνοργοναῖοι, alterum uocabulum ἐν τοῦ ἑργου ducitur.

Περὶ ἰερονόφρων.

Cap. XX.

Μυσταγωγοί, qui & ἰερονόφρων sunt, qui secretiora cuiuscunq; religionis mysteria tractant, ostentant, retegunt, colenda exhibent, ceterosq; myste-
 rijis

rijs inuicem: quod uocabulum conuenit partim epi
 se opus nostris, partim illis quos sacristas & thesau
 rarios uulgo in sacro ordine dicunt. Non male *ἱερο
 φάντας* quis dixerit illos nebulones, qui uicatim o
 stentant nomine Antonij, Quintini, Huberti, &
 aliorum, quædam ossa, ueluti reliquias sacras: atq;
 fabulas aniles populis recitando, misere emungūt
 imperitos, cui morbo quamuis alte, serpenti, tan
 tum abest ut medeantur Curie, ut etiam illum fo
 ueant, cogantq; arestis Episcopos, ut improbae illi
 mendicitati permittant tantum non enecatam ple
 bem deglubere, *ἢ ἀρῶς πλουτολόγας*. Nō mirum est
 quicquid hereseon à nongentis annis obortū est,
 nūc assertores reperire: quum ex tantis, tamq; nul
 tis uitijs, sub prætextu pietatis in Ecclesia regnan
 tibus, ne minima quidem emendare satagamus. Pu
 tant uerò quidam non malè Latine *ἱεροφάντας* ædi
 tuos dici, quos Gallicè uocè corruptissima Margil
 lares nuncupant, uelut mairegles: id est, maiores
 ecclesiarum, qui sacrarum rerum curam habent,
 ad id delecti. Alioqui ædituos, æditimós ue melius
 dici *ἱεροφύλακας*, & *ἱεροδοῦλους*, constat. Id ostendit
 Scæuola tit. de ann. leg. l. annua. Quisquis, ait, mi
 hi heres erit, fidei eius committo, ut det ex reddi
 tu cœnaculi mei & horrei post obitum, sacerdoti
 hierophylaci, & libertis qui in eo templo erunt,
 denaria decem die nundinarum quas ibi posui. Vo

ce Græca usus iurisconsul. intelligit aut æditimum,
 aut quem dixi mystagogum. Libet hoc loco, le-
 uandi animi gratia, interpretationem Accursii, le-
 pidam sanè, & tanto homine dignam, reponere:
 Gerophylaco, inquit (nam ita habebat exemplaria:
 sed perinde illi erat) nomen est capellæ, uel loci ubi
 est capella, ut sacerdos Ricardinae delectabilis uil-
 læ nostræ. Hæc ille. Mirū, quod nunquā quicquam
 huiusmodi homines se ignorare fassi sunt. Non po-
 test sanè fieri, ut similes, licet memoria sint quanta
 uis fecunda, non sint iudicio destitutissimi, qui po-
 steritatis iudicia non timeant. *ἱεροδούλων* uox alio-
 qui significat sacros seruos, ueluti quos uulgo re-
 ligiosos & religiosas dicimus. Ait Strabo lib. 12. in
 Comana ciuitate Asiæ minoris, sex milia *ἱεροδούλων*
 cultui Diane instantium, quo tempore peregrinare
 tur, fuisse: omnes religioni addictos, & suilla absti-
 nentes: quod postremum affine est Iudaico cultui.
 Poterant relicto Deo, Dianam colere, & mili-
 tiam colere cœli, lunam & stellas, & tamen has ue-
 teris cultus reliquias seruare. Nam iam pridē erant
 dispersi in Cilicia & Cappadocia: poterant genti-
 lium cultum cum diuino ibi miscuisse, confudisseq̃:
 qui in ipsas terra sancta, presente Deo, & miracu-
 lis quotidie ad se eos reuocante, Baalium & Asta-
 rotorum cultum, priorum liberorum sanguine
 scœdē exequabantur. sed cætera prosequor. Quod
 ad

a leges de rebus sacris dicendas & ponendas atti-
 net, erant *ἱερόδομοι*, ueluti sacrarum legum autho-
 res, summa uiri autoritate & prudentia: quo in
 loco summus Pontifex occiduae Ecclesiae est, inter
 duo Concilia, quo magistratu nunquam potest de-
 stitui res cuiuscunq; religionis, ut alibi à me est tra-
 ditum. Quum enim dubia & peccata indies obo-
 riatur, et decisionem emendationemq; petant: prae-
 terea quum inter finitimos & pares controuersiae
 crebrae sint, nec possit semper cogi senatus ille sum-
 mus conciliorum, opus est unum praese, cuius edi-
 ctis stetur, saltem ad proximum usque Concilium.
 Per quos *ἱερόδομοι* sua promulgabant uarijs in locis
 edicta, illi *ἱεροῦ ἡκούοι* dicebantur: suasq; potissimum
 operas locabant, quum conceptiuae indicerentur
 feriae, aut statuae in aliud à solito tempus protelan-
 dae essent. In ludis et sacris, linguis fauere iubebant.
 Ceteris negocijs publicis significandis *ἡκούοι*, id
 est pracones aderant: & *ἀνακρυπτῆραι*, id est procla-
 mare dicebantur, quales nunc habemus clamato-
 res, qui quum sacrum quoddam festum (ut questus
 gratia fit) indicant, penula sacris addicta induun-
 tur, & ita utroque munere funguntur. Ciuitatis
 oberrantis praedonum (uolebam dicere praekonũ)
 alia lex est. Nam in aulico strepitu, clangore bucci-
 nae omnia significari sunt solita: ut in urbibus, are-
 sta Curiarum, placita principum: & huiusmodi,

quo

quorum ignorationem nullus pretereare potest.
 DE PYLAGORIS, ET GRÆCIÆ
 conuentibus. Cap. XXI.

I ^{Ἐπομνήμονες πυλάγοι, ἢ γὰρ πυλάγοι, uocabulis tan-}
 tum differre doctis hominibus uisi sunt. Mitte-
 bantur bis quotannis, uere et autumnno, hoc nomine
 dignitatis homines, nō tantum ab Atheniensibus,
 sed à cæteris confœderatis populis, ad conuentum
 Amphictyonum in Thermopylis cogi solitum, ut
 crebrò nomine regionis coactæ provincie, de com-
 muni omnium salute agerent. Ita enim conuentus
 uarij sunt introducli, ut coactis illic populorum
 omnium delectis magistratibus, quid reipubl. salu-
 ti expediat, constitueretur. Dicti sunt ^{ἱερομνημό-}
 nis, & quod sacra facerent, fœderaq; in memoriam
 reuocarent: ita commonefaciendo, ne ullas sibi mu-
 tuò iniurias inferrent: qui hoc fecisset, cæteros fœ-
 dere iunctos unà omnes illas ulturos. Quo sacra-
 mento & legibus, præstantissimis sanctè, audio res
 SVICERORVM hodie teneri: unde fit, ut ma-
 ximis principibus sint terrori, sælicissimeq; sua li-
 bertate utantur. Sunt enim soli hodie in orbe terrarum
 liberi, cum suis Cætonibus, ut uulgo dicimus,
 & alio nomine Ligis. O si orbis saperet, iusta qui-
 dem imperia, quæ possint tutari & augere fines
 quandiu pro officio agerent, agnoscerent ubi uerò
 pro ratione uoluntas esse inciperet, communem consensu

sensu detrectaret imperia. Id unum Græciæ deerat,
 ut Aristocratia Monarchia ammisceretur, alte-
 rumq; ab altero temperaretur. Ita Venetiæ, mil-
 le centum annis nunquam interrupto imperio, flo-
 rent. Iam quingentis quadraginta annis fèrmè tota
 Germania ab institutis electorib. libera, etiam ma-
 lis principibus imperat. durant etiam alia regna,
 sed non tanto populorum quum principum suce-
 ssu. Fieri enim non potest, quam cor hominis sit ad
 malum iam ab incunabilis procliue & prouum,
 quin ubi licent quæ placent, placeant etiam statim
 longè plura quam liceant. Ita sunt comparatæ res
 humanæ, ut nostrorum delictorum pœnam assi-
 duam sentiamus, qui nec iure, nec iniuria, nec ratio-
 ne nec legibus, in officio retineri, aut cupiditates
 explere possumus uolumus ue. Vocati sunt etiam
 Hieronnemones, *πυλαγῆται*: quòd ut uolunt multi,
 cogere & congregare in eum locum homines
 fœderi obnoxios, sed malim deduci uocem *ἐν τοῦ ἀ-
 γείναι*, ἢ ἐν τοῦ ἀγείναι: à concionando, quàm ab ag-
 gregando: quum omnes de rebus utilibus, iustis &
 honestis, pro usu patriæ haberent in conuentu ser-
 monem. Cæterum, quum essent illæ feriæ statiuæ,
 nulla urbs aut prouincia non sponte dimittebat
 suos. Populi eò per *πυλαγῆτας* conuenire soliti, duo-
 decim erant: Iones, Dorij, Bœotij, Achæi, Magne-
 tes, Phocenses, Delphi, Perrhœbi, Phœthij, Dolo-
 pes,

pes, Melienses, Aemanes. Qui primus eos eò coegit, instituitq; sacrum conuentum, Amphictyon fuit, Heleni filius, in Cereris Aegyptiae, columbae nigrae saemine, scilicet industriae, memoriam: ut ob allatam ab Aegypto agri culturam, sacris eam honoribus colerent, ut in *Διοιοπαγιοις*. Fuere eadem ratione in multis Graeciae locis similes conuentus, in quibus nomine religionis de corporum & rerum externarum salute agebatur. Eodem enim nomine Troezenij in Neptuni templo sacrum confessum habebant, ex octo ciuitatibus coactum. A uicinis uerò littoribus & piscibus propinquis prouincijs hoc uocabulum mihi, saluo meliori iudicio, uideatur deductum. erant enim *αμφι ιχθυος* hi populi, Troezenij, Epidaurus, Nauplia, Prasion, Aegina, Orchomenus, Minyus. alij addunt Athenas. Fiebant & Panionia duobus in locis: apud Prieneses in Graecia, & apud Ephesios in Asia minori. Nam licet utrumq; festum fieret in honorem Neptuni Heliconij, tamen in finib. Ephesiorum Asiana celebritas agebatur. Quinto quoq; anno *παραρυγίς* eadem ratione, conueniente Graecia tota, celebrabatur Athenis: ita dicta, quòd omnes eò cogerentur Graeci. Non dissimili ratione olympici ludi celeberrimi, ut à quibus ratio temporũ solebat seruari, sunt introducti Pisfis, in Elide. Quis omnes enumeret? Certissimum est, quamuis nulla literarum

DE MAGISTRATIBVS

memoria tradatur, nullos populos unquam coire potuisse, sine crebro huiusmodi conuentu. Nam dum abest à quacungq; prouincia reip. oculus, omnia in ruinam & priuatam tyrannidem degenerant. Conueniebant olim Druidæ in Gallia, in loco ab eorum uocabulo etiamnum uocato, Lugduni. Pariter solebāt sub Gallie regibus cogi in Normānorum finibus trium magistratum, sacri scilicet, profani, & medij primores: uerū ille mos exoleuit, non sine graui reip. detrimento. Comitātia illa exequarium uulgò uocabantur, quod exequerentur illa negocia, quæ reip. expediebant, quæq; detrimenta singulæ prouinciæ paterentur exponēbant. Tertium Hieronimonum nomen, uelut uidelicet, à loco angusto inter montes, in augustijs sito, deductum uolunt. Vocare enim augustias illas intermontanas Grecia consueuit uias, ducta à domorum foribus metaphora. Quemadmodum enim nō licet alio loco urbes muro cinctas, aut quas uis intrare ædificia, nisi per pylas, id est portas: ita à regionibus quibusdam in uicinas montibus segregatis non licebat, nisi per has contendere angustias. Quum uideret Alexander Macedo, ob negliger occupatas has uias à Grecis, fuisse periclitatam Graciam: præterea reges Persarum in Amari montis angustijs, quā iter est à minori Asia in maiore, Cilicias pylas munuisse: aliena edoctus experien-

rum præses Cottyphus, comitia cogebat Amphictyonum. Comitia enim uocant, quum non solum Pylagoras & Hieromnemonas conuocant, sed & qui unâ sacrificio communiq; deo Apolline utuntur. Ex hoc loco Aeschinæ patet, saltem tres fuisse à singulis urbibus uel populis confœderatis mitti ad eum conuentum solitos, contra Strabonis opinionem, censentis à singulis singulos mitti. Vnus enim ueluti orator, et qui publice haberet orationē, Pylagoras dicebatur. Alter, qui etiâ extra concionē de rebus ad pacem facientibus, post deliberationem concluderet: & tertius, qui sacra curaret. Licet unus & idem potuisset omnia præstare. Nil uerò obstat, quòd lōgè latius oraculi religio patuerit, quam cōfœderatio. Etiam aliud apparet, quod duobus numinibus ea tempestate maximus ibi sacra fierent, Citharædo & rusticus, Apollini et Cere: quorum uterq; sacra antè non uisa, ex Aegypto attulerat, quibus perniciosus dæmon se coniunxit, mentesq; hominum etiam maximorum prestigijs & falsa lusit opinione: cuius rei innumera immensæq; opes sunt argumento, ut ad quas diripendas Phocenses instructi, Galli profecti, Persæ incitati fuerint: Græcis uerò & Romanis in prædam cessere, ut uero simile est. Nam Strabo suo seculo, ait, licet ibi adhuc quicquam opum fuerit, tamen summâ fuisse mēdicitatē. Hac lege erat icium
 fœdus

fœdus, ut si qui confœderatorum, uno anno post-
 haberentur, et ueluti neglecti ab oratoribus, suorū
 populorum nomine dicentibus obliuione sepeliren-
 tur, iustissimam cuilibet inferendæ miuræ præter-
 mittentibus haberent occasionem: in quam rem fœ-
 ctiosi et nouarū rerum auidi oratores subornabāt,
 prætermittiq; se curabant. Cuius criminis arguitur
 ab Æschine Demosthenes in eadem oratione, καὶ
 τὸ ἀφικνουμένῳ ἐς Δελφὸς Πυλαγόρου, ἰσθίους κρήμασι
 διαβύσσαν, ὅμ ἄς τῷ ὀλιμοδίνῳ. χειροτονηδὲς γὰρ ὑφ'
 ἡμῶν Πυλαγόρου, λαμβάνει χιλίας δραχμὰς παρὰ τὸ ἀμφο-
 σίωμ, παρὰ τοῦ μηδελίου μείων, περὶ αὐτῶν τῶν ἀμφο-
 τήνων, ποιήσασθαι. Pylagoris Delphos contendenti-
 bus, eorum quosdam pecunia corruperunt, quo-
 rū unus erat Demosthenes. Delectus enim à uobis
 ut pylagoras esset, ab Amphisseis mille drachmas
 accepit, ut nullum eorum apud Amphictyones me-
 moriam faceret. Hac sanè Demosthenis corrupte-
 la, Amphissei Thebanos, & ceteram fermè Græ-
 ciam in Athenienses concitauere, unde magnum ea
 respub. detrimentum accepit. Et ab omnibus confœ-
 deratis, & à longè plurib. quàm illi duodecim, po-
 pulis (ut suprâ dixi) ab Amphictyone, seu Acrisio
 institutis & conuocatis, mitti eò pylagoras, osten-
 dit Demosthenes in oratione περὶ σιγάνῳ. De Philip-
 po enim dicit, εἰ ἂν τείνω τῆτον ἢ τὸ παρ' αὐτοῦ τιμω-
 ρίζωμ ἰσομνημόνων. &c. de concessu enim illo agit ad

quem suos hieromnemonas & pylagoras Philip-
 pum misisse scribit. Respondet uerò orator orato-
 ri, non factum emendando, agnoscendò ue, sed lon-
 ge maius uitium obijciendo. Ait enim, tantum for-
 didum & corruptelarum ibidem admisisse Aschi-
 nem, ut confœderatorum conspiratione cõsecrare-
 tur deo ea agri pars, quam Athenienses circa tem-
 plum possidebant, magno admodum prouentu. Mul-
 ta exempla & habemus, & timere debemus simi-
 lium cuentuum. Vbicunq; enim est insignis que-
 dam libertas, est in signe, in confœderatos quum
 omnium, sed potissimum eorum studium, qui imp-
 res eorum potentie sunt. honoris etiam loco duci-
 tur, adscribi. Asciscunt patricij Veneti in consor-
 tium iusq; reip. magnates insigni nomine & opi-
 bus: ut quum multis alijs, tum uni celeberrimo nu-
 per conigit, Cardinali Lotharingio, Duci Vrbi-
 nati, & alijs. Quis hodie principum Christiano-
 rum non habet formidabilem illam nationem Ger-
 manicã, eamq; si sit limitrophe, ut aiunt, nõ etiam
 magno admodum sumptu in amicitia retinere sa-
 tagat? Id ausim dicere, unam eam gentem, quam-
 uis in ea ueluti in Care periculum faciunt, obstiti-
 se, quo minus aut regie aut imperatorie uires se-
 mutuo attriuerint. Exitum uerò rerum Græcarum
 illa summopere timere debet. Documentũ enim im-
 minētis ruine dedit factio una, circa religionis ne-
 gocium

Hoc tū exorta. Quis populus, quæ ciuitas est in Ger-
 mania, in qua nō per uim et fraudē, dicacitatēq; &
 cōiucia in omnes ordines, est introducta persuasio
 ista traductis magnatib; & magistratib; in suā sen-
 tentiā, eloquētia pro pietate armati, eorū quidam
 coegerūt coguntq; populares in uerba iurare. Nil
 dico de bello rustico inde in totā Germania obor-
 to, de factionib; Anabaptistarū, Catabaptistarū, et
 Pneumaticorū, quot pepererint incendia. Taceo fā-
 ctiones Bohemicas, Adamitas, Hussitas, Albigēses.
 Postquā enim illi rebus potiebantur, docebāt con-
 tra ecclesiam Christi, aut cōmunem opinionem, se
 non esse dissimiles Arrianis uictoribus, nisi enim illi
 omnes oppressi fuissent, proculdubio uictoria in
 ceteros crudelissimē fuissent usi. Cōmunis enim cō-
 cordiæ rupto uinculo, nil nō potest ab eloquentia,
 quæ Deum auctorē prae se ferat, immutari. in ipsis
 principijs & prima rerū facie non statim emergit,
 quid calamitatis ex ipsis sit futurū. Boni cuiusdam
 prætectu omnia mala oriuntur. Timeo sanē uehe-
 menter illi nationi, cuius miles solebat esse reli-
 giosissimus: nunc autem quum se nil ad bonum pos-
 se credat, sit cæteris deterior, nisi quadam so-
 lita ciuili inter eos iustitia cogatur. Vnam ean-
 demq; legem ciuilem et sacram non pauci credunt,
 cupiuntq;. Audiui sepius familiariter, quas opinio-
 nes habeat miles in Galliā conductus. horreo illas

mines, sed uita indignissimos, omniumq; calculo improbatissimos. Id facit patrimoniū IESV CHRISTO adscriptum: quo in abusum, luxumq; & pompam, aut litigia omnino conuerso, non mirum est, si merita militis, scorti adulatorisq; compenset. Gratia scorti certè hodie plus potest, quam uel Petri aut Pauli probitas. pessum eunt omnia. In rem pauperum, à fundatorib. amplis ut plurimum spoliatorum, comparata pecunia sacra, fideiq; proborum commissa olim, diligentiaq; multum aucta, scelere possessorum & mole laborans, relicto iterum omnino paupere, gestit manus repetere principum. Ita nullo succurrente pauperibus, impia cupiditas libidini mixta, undecumq; in eorum armatur uiscera. hoc est Propheta dictum notandum, & admirabile: Residuum crucæ comedit locusta, & residuum locustæ comedit bruchus, & residuum bruci comedit rubigo. Hoc non satis aptè referunt interpretes ad præcipuas Monarchias, quæ obtriuere populum Dei, quoniam uno eodemq; tempore non fuere. res ea nunc plane quadrat. Fiscus, quantum potest, erodit: sacer ordo gratis, quod reliquum est, & iustissime debitum, si in officio ageret, emungit: Iustitarius ordo, quod reliquum est, fraudibus absomit: calamitates oborientes, & oberrans miles (uolebam dicere prædo) reliquias corradunt, obtcrunt, perdunt. Sunt sanctissimi ordi-

nes, & à Deo positi & probati, nec uitia illorum
 sunt, sed temporum & hominum compendia ubi-
 us gratis querentiū: ideo illos perstrictos nolo. Id
 unū uehementer desleo, quod fere ubiuis aurum in-
 scoriam uersum est: unde Deus aut ut sit pauperis
 iudex, aut uniuersalis iudex, nō est certe diuitius
 cunctaturus. Primo in loco ἀδελφῶν παρὰ δὲ λυαῶν,
 ludos & sacra Mineruæ, quibus omnes Attici soli
 habitatores adesse solebant, summo apparatu pompe
 & largitionib; curabant. Insigni uerò palæstræ
 genere in illis certabatur. Nam quinto aut quar-
 to quoq; anno coacta multitudine secundum ἑταί-
 ρων ἀδελφῶν interuallum (eodem enim tempore pan-
 thenæa, panegyreis, & olympica, licet lustro con-
 uenirent, fuisse celebrata, non facile crediderim) to-
 ta iuuentus procedente pompa cum peplo Miner-
 uæ, theatrum adibat, ibiq; pueri puellæq; forma
 egregia armati, pyrrhicam saltabant. Demum ex-
 clusis omnino mulieribus, duriora certamina, &
 uiris digniora, ut in quibus tyrocinium fecerat suo
 modo iuuentus, instituebantur, proclamante ludi-
 era cum cornicine præcone. Nudi enim athletæ ita
 prodibant, ut quisquis se illis offerrent primū, cum
 eo esset quacūq; fortuna decertandum. Sed de hac
 uanitate satis. Sat est nosse, magna quinto quoq; an-
 no, parua panathenaica singulis annis fieri solita
 fuisse: quæ & Gymnica erant, dicebanturq;, quod
 nudi

nudi illic palestritæ procederent. quare fiebat, ut abessent mulieres. Illis etiam Athlothetæ præerant, cum magna musicorum instrumentorum copia, ut per uarios modos accenderent aut remitterent athletæ animos, Phrygium scilicet, aut Dorianum accinendo. Sequens erat, in *ἰσοδοκίας* cura: equestri enim certamine periculum uirium & industria iuuentus faciebat, in honorem (ut aiebant) Apollinis et Neptuni. Dum enim prudens resp. religiones prætexeret, muneraq; aut laudes aut coronas ex quauis re iuueni uictori daret, militem delugebat, & ueluti sæpius recognoscendo lustrabat. Cultus enim deorum in falsa religione, ut celestis scopo carebat, ita omnino in publicam, ignorantem hoc rudi multitudine, tendebat utilitatem. Theatri, sicut & hippodromi, uidi reliquias Constanti-nopoli, in foro Theodosii. Locus latus est circiter centum passus, sesquialtera, aut ampliori longitudine: in extrema parte erat theatrum, in medio aliquot columnæ, cum obelisco Ægyptiaco. Uocabulum Græcum uulgare arguit. *ἰσοδοκίον* enim, & *ἰσοδοκίον* dicit uulgus, docti *ἰσοδοκίον*: Turcæ Atmeidane, quod locum seu aream equorum notat. Athlothetis addebantur quotannis decem *ἰσοδοκίον*. ueluti auxiliares, & ludorum secundipresides, qui nomine reipublicæ de suo honorifice expenderent. Et quia in orchestra *ἰσοδοκίον*

tite erant tribus X. ad spectaculum, quinq; dice-
 bantur mutuo χερνοί & αντίχερνοί: non contrarij,
 sed oppositi auxiliores. ijdem ipsi λατῦργοί &
 λατῦροῦντις, et aniliturgi dici solebant. In hoc nu-
 mere à sua tribu delectum fuisse, in gloria ponit De-
 mosthenes, in oratione quam habuit aduersus Me-
 diā antichoregū, pro colapho illi à Midia in Dio-
 nysiis impacto ductōue. ἐπιμλήται etiā, quod est
 generale procuratorum uocabulū, dicebantur, ut
 ostendit Demosthenes κατὰ μεσσηνίου: ἡρώδου αὐτὸς ἔ-
 τὰ Διονυσίου χερνοτονῶν ἐπιμλήται, iubens populum
 ut eum eligerent Dionysiorum curatorem. Et item
 φυλῆς ἡγεμῶν, dux suæ tribus, quod insigne honoris
 uocabulum est. Præterea βουδοί, licet hæc uox au-
 xilij sit peculiaris confœderatis & symmachis. In-
 stin. in X. Codicis, hanc uocem ueluti pro quouis
 auxilio notam Latinis, Græcè tradidit, de Tabul.
 scrib. l. Vlt. βουτοῦς, λογιτῶς, μολογραμμῶτες, λογογρά-
 φος, Διαστοίας, &c. quas uoces Alciato, Zaxio &
 Oldendorpio, iuriscōsultissimis explicandas relin-
 quo. ἀγωνοδῆται, quacumq; essent conditione in cer-
 taminibus, idem atq; priores poterant. Verum hi
 corporibus & motibus, illi præmijs & muneribus
 præfuisse uidentur: aut certaminibus non sacris for-
 san hi præerant. Demosthenes Philippica tertia
 ostendit, ἀγωνοδῆται & τιθῆναι τὰ πῦθια idem signi-
 ficare, per ἀντινομασίαν puto, καί τοι, αἶτ τί τῆς ἐσχά-
 τῆς

τὰς ἑβραίας ἀπολείπει; ἢ πρὸς τὸ τὰς πόλεις ἀναιρεῖσθαι, τίς
 θροῖ μὲν τὰ πύδικα, τὸν κοινὸν τῶν ἑλλήνων ἀγῶνα; καὶ
 αὐτὸς μὲν παρὰ, τὸς δούδας ἀγωνοθιτέστους τίμει.
 Quid ad summā in nos restat iniuriam? Nonne præ
 terquā quod euertit urbes Græciæ, etiam dispo
 nit πύδικα certamina, commune omnium Græco
 rum munus? quod si abfuerit, seruos id suo nomine
 curaturos mittit. Certè intelligit de sacris Amphi
 ctionū, quæ Pythio Apollini fiebant. Quatuor ue
 rò in Græcia præcipua certamina, his uersibus
 fuisse lego:

Τριακρίς εἰσιρ ἀγῶνας ἀν' ἑλλάδα, τρίακρίς ἰσθρί,
 οἱ δύο μὲν δυνάτωρ, οἱ δύο δ' αἰδανότωρ,
 ἑλὼς, λατοῖδαο, παλάμονος, ἀρχιμέρις,
 ἄλλα δὲ τῶν ἑσθινὸς, μῆλα, σελίνα, πίτυς. id est
 Græcia habet certamina bis duo, bis duo sacra:
 Hæc duo sunt hominū, hæc duo sunt superūm:
 Hoc louis, hoc Clarij, hocq; Palæmonis Achæmo
 riq; hoc,

Præmia sunt, oleæ, mala, selina, pinus.
 ἀγωνοθιτῶν uox etiam Latinis familiaris fuit, ut Mo
 destinus sc. παρδ. δ. de pollic. l. Septitia docet,
 agonotheta existente et præsidete uiro meo. etiam
 circal. principium, ἀγῶνος uocabulo usus est. Con
 stituo, ait, agonem Trietericum, &c. D. Hiero
 nymus in Epistolis ad Lucilium, cum Areopagita
 Dionysio, seruatorē nostrum IESVM CHRIS
 TVM

STVM, nostrum ἀγῶν δὲ τῶν ἡρώων uocauit: Cœpisse inquit, multorum est: ad culmen peruenisse, paucorum. Qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit βραβύτιον. At contra de nobis dicitur: Sic currite, ut comprehendatis. Non est inuidus agonotheta noster, nec alterius palma alteri parat ignominiam: omnes athletas desiderat coronari. Aderant utriq; magistratui, pro turbis abigendis à circo, καὶ ἡγεμόνοι: qui etiam si quid seditionis oboriretur in turba, ut frequenter fit, contumud aderant composituri, cohibitori ue. ἀγῶν δὲ τῶν ἡρώων & ἀγῶν δὲ τῶν ἡρώων iidem erant. Nunc promiscuè cetera à me obseruata, de ludis sacris & eorum magistratibus persequor: in hoc enim argumento amplius immorari non uacat.

PROMISCVVM CAPVT DE LV-
dis, sacris, & quibusdam eorum curato-
ribus. Cap. XXIII.

Ἰσοκράτης ἀσίδεβαν Regi sacrificulo, in regia porticu, quum de sacris constitutionibus agendum uideretur: ut ageratis de ea re sententijs, etiam summæ potentiæ præscriberent, quid ex usu reip. optimum foret, singulari illos prudentia esse opus erat, ne quid in re summa uitij committerent. Et non pudet multos principes, sacrosancta consilia ex gratiosis hominibus, genereq; opibus & scortis potius quam ulla sapientia nixis cogere, ne scilicet
ullus

illius eorum gloriæ & ambitioni inhiantium, im-
 probis multorū suasionibus se opponat, aut unius
 libidini contrauentat. Quisquis certè fortunam et
 quæstū æquo præfert, consilijs perniciem adfert.
 Ἐὐμόλπιος munus in sacris idem erat cum Rege:
 quare de illis nil addo amplius. Suo enim loco scri-
 ptus est sacrificulus. *Εὐμόλπιος*, sacrorum Cereris
 antistites, dictos à quodam Eumolpo uolunt, quò
 primus sacerdos deæ fuerit. malim ex etymo dedu-
 ci, à modulatione scilicet, cum qua ferè omnes reli-
 giones in Græcia sunt introductæ. Porro quæ præ-
 cipua isthæc sacra, & uetustate & religione &
 opibus, celebria fuerint, per antonomasiã ita hos
 sacrifices dictos puto. Apollo tibia coegit homi-
 nes, lyra Mercurius, cithara Orpheus: Linus, et cæ-
 teri, à quibus cultū ingenij & religionem accepit.
 Hellas & Thracia, cantu permouebant etiam ru-
 dissimos & saxis stupidiores homines, antequàm
 eloquentia aggredierentur. Quum est ab Ægyptijs
 uèdita Ceres, ex qua Cererem, Palladem Dianam,
 Proserpinam mendax poesis, & rudium hominum
 consensus confinxit, nō est dubium quin post ade-
 ptam linguã Græcam, musicis etiam ea scemina, sa-
 cra sua à patria adlata tradiderit. *Ἐὐμόλπιος* ergo,
 id est à modulãdo, unde *μόλπη*, dictos Eumolpi-
 das cōiicio. Nam mendax poesis, deorū inuentrix,
 quum aliud quàm scriberet, uellet inuere, tamen
 proxime

proximè etymo ad rerum proprietates accedebat. Locus ubi sacra fiebant, erat Eleufis, non longè à Megara, quò singulis annis Athenienses pompam ditissimam terrestri itinere mittebant: quoad post Decelicum bellum sunt à Lacedæmonijs obsessæ uia, quas tandem ab exilio primo reuocatus Alcibiades liberauit, pompamq; cum omni sacrorum apparatu antea mari agi solito, terrestri conduxit itinere. Musæi, qui discipulus Orphei fuerat, creditus est filius Eumolpus: si uerum est eum fuisse. Adscribunt ei tria uersuum milia de ritibus sacrorum, longè ante tempora Homeri scripta: quod ideo uix adducor ut credã, ut lubès eorū subscribam sententiæ, qui tempore Homeri literarū in Græcia usum aut ignotum, aut paucis cognitum fuisse credunt, traduntq;. Poterant præter sacrorum tractationem, si ex composito adirentur, arbitri cõstitui, seu simplices, seu compromissarij. Id dabat auctoritas. Ea fecit, ut per eorum nomen Athenæ intelligerentur: ut Cic. in Episto. ad Atticum docet: Lentulus, ait, naues suas pollicetur, peto abs te, ut hæc cures diligenter, Chylius te rogat, & ego illius rogatu, *ὁ μὲν τὸ δῶν ὑποπίδα, ὑβ. ὑμῶν*, aut aliquid aliud. Petit eo loco Cic. ad se ex Athenis signa, imagines & statuas, ad ornatum bibliothecæ & gymnasiolorum mitti ab Attico. Tanto uerò conatu retinere & suadere religionem illam conati sunt, ut

duos

duos præstantissimos homines, Socratem & Aristotelem, ad cicutã adegerint: Platonem uerò contra animi sententiã multa in Dialogis scribere coegerint, quod facile capiat, quisquis hominis mētē fuerit penitus contemplatus. Quum enim summum Deum in tam multis locis diuinẽ, quatenus lumine naturæ licet, attigisset, tradidissetq̃: tamen, ueluti palinodiã cantans, etiã in diuinitatis cõsortium adscripsit cū astris peritissimos homines humanaq̃: cõsuetudine indignissimos: id uerò, quod magis miror, potissimũ in duob. operibus, quib. totius disciplinæ ab eo tractatæ cõpendium, complexus uidetur, in Epinomide uidelicet & Timæo, fecisse uisus est. Quanta fuerit uanitas sub hac satanæ tyrannide, nolo hic repetere. res est notissima. *ἑργῶν* se offerunt. uocabulum illud ab orgijs Bacchi deductum uidetur: licet id genus habeat uulgares homines, sacris addictos, qui populis uarijs quæuis sacra eorum decreto peragebant. Non absimilia mendicabula innumera, prætextu peregrinationis, alit ubiuis terrarum Muhamedica persuasio: unde nunquam nisi in cohorte tutum iter est, qua agit illa pestis, quæ tamen nusquam non est obuia. *ἑργῶν* seu uerò est, sacra cuius Deo facere: deductum à primis sacris. Nam unius Bacchus, & Ceres, seu Osyris & Isis, pepererunt in Græcia & uocabula & res sacras. *ἑργῶν* in *ἑργῶν*, seu *ἑργῶν*, uersus quos-

dam cantabant, quibus consternarentur audientiū
mētes, et assiduo motu in *ιδροστασίου* prorūperent,
ac pro responsis somnia referebant: quod passim in
ter Muhamedicas gentes uideas, ubi tanta tamq; ce-
leri agitatione corporis in circulum acti ad batta-
logiæ numeros Dei nomen repetendo uideas ali-
quos, ut ad tres horas animam efflasse quosdam cre-
das: hoc à fictionibus sui prophete fontici habent
residuum: creduntur eo prophete similiores, quo
amentiores. Ideo recepto ab ea circumactione &
uertigine spiritu, omnes in nugas prorumpūt, qui-
bus superstitiosi non parum fidei adhibent. Sunt e-
nim quidam eorum *τηροφλα*. Quid scelerum in in-
fandis Bacchanalibus ubiuis admitteretur, id do-
cet, quòd nulla ferme gens non sponte, ante etiam
IESV CHRISTI aduentum aboleuerit eam
impietatē, sed quæ iam in sexcēta alia monstra de-
generauerat. *γεργαι*, seu *γερραι* uetula etiam Dio-
nysiaca sua, sed suo more peragebant: sed potis-
simum Thesmophorijs præerant, ceterasq; ma-
tronas ad utraq; inuitare sacra erant ex officio so-
lita. ab etate nomen impositum est. Alibi Palladi
sacrificaturas etiam cogebant, quod aiunt Home-
rum in *Ι.* de Hectoris matre inuicere uoluisse:

*ὣς ἔφαθ' ἢ δὲ μοῖν' ὄσα ποτὶ μέγαρ' ἀμφιπόλοισι
ἵκναιτο, ταὶ δ' ἄρ' ἀλλισσάου κατὰ ἄστυ γυραίαι.*

Hecq; domum repetens, seruas iubet ad sua sacra

Matro-

Matronas excire, illæ citò iussa capeffunt.
 Non possum dicere, quantum me torferit dictio
 τραπεζοφῶρος, pro magistratu: quum illam pro sacro
 munere, apud Harpocratonem tantum legisse po-
 tuerim. Viri fides, & in cæteris rebus diligenter ex
 ipsis authoribus tradendis sedulitas facit, ne hac in
 re illi meum calculum demam, ita scribit, τραπεζοφῶ-
 ρος, Lycurgus in ea oratione quam de Sacerdotio
 scripsit, nomen fuisse sacerdotij τραπεζοφῶρον inquit:
 ea uerò alio nomine ἑσσυμὸν dicebatur. Solebat uerò
 illa omnia sacra Mineruæ disponere et exequi unã
 cum alijs. Ipse idem orator, Istrusq; in sextodeci-
 mo Atticorum conuentuum, hoc item tradit. Hæc
 Harpoc. Sudas, quanquam ad uerbum penè trãscri-
 psit Harpocratonis Lexicum, tamẽ præterquam
 quod nil adfert, etiam mancam illius sententiã red-
 dit, quum ait, λυσιπυγες ἐν τῷ αὐτοῦ λόγῳ: perinde atq;
 si unam orationem tantum scriptam reliquisset.
 Mirum est, Cælium Rhodiginũ, multæ uarietq; le-
 ctionis hominem, eleuare in hoc uocabulo authori-
 tatem Harpocratonis uoluisse, quodq; alibi non le-
 gerit, negare, pro sacerdotij nomine usurpatã eam
 uocem fuisse: perinde atq; omnia legisset, quum scri-
 ptores Græci polygraphotati ad bis mille hodie
 perierint, uno in quibusdam authoritatibus nomi-
 ne superstite: & tanquam maior fides homini Græ-
 co, doctiq; & ante literas accisas nato (nam ante

mille & trecentos annos uixit Harpocratio) non debeat haberi, quàm Latino, ab ea religione alieno. Quicquid neget, certum est, inter mulieres illas quæ sacra Cereri faciebant, unam ordinis causa primariam fuisse, ut in quouis hominum congressu ordinato, quæ precipua sacrorum mysteria tractaret, cæterisq; more Abbatum nostratiū præscriberet. Mensulam uerò quæ à foemina posset gestari in illis sacris, uarijs fructibus onustam, in *Antiquis* honorem & inuentorum memoriam, licet scriptis non cõstet, certè signis illis trapezophoris argui potest. Quamuis enim, ut inquit Lucanus, nullum sine nomine saxum in Attica fuerit, tamen signa non solebant à rebus ignobilibus, nec fortuitò effingi ab illis præclaris ingenijs. Supererat tenuis quedam memoria Ciceronis temporibus: ideo non erant omnes curiosi, & desyderabant in uetustarum rerum memoriam *τὰς τραπεζοφόρους*, id est statuas illas quæ mensas gestarent, essentq; ueluti monopodia. Cicero lib. VII epistol. ad Gal. uocis eius meminit: & Paul. Iureconf. *τ.* de Legata supellectil. l. 3. Mensæ, inquit, trapezophora delphica, subsellia, &c. super huiusmodi statuarum caput, abaci erigebantur, ueluti super Cariatidas ædificiorum moles. Si faciet Deus ut iterum repetam Græciam, certè dabo operam, si quid uetustorum authorum usquam gentium delitefcet, quod nos ab huius-

huiusmodi scrupis summoueat, nanciscar. Mihi supersunt *ἑκατόετες*, ex singulis tertijs partib. delecti, in quendam sacrorum usu, ut quidam uolunt: ut alij, ipsissimæ tribus sunt. Magis tamen ad eorum accedo sententiã, qui differre putant. ut sit *τρίτης*, tota tertia pars, seu tricesima, à 10. tribubus. à 36. à 12. *ἑκατρία* uerò sit cognatio in uicinia agens, & communi puteo utès: dicta enim in τῷ *ἑκατόετος*, id est à puteo. Hoc nominis esse bene uetustum, docet Cicer. de legib. secundo, quum ait: Ego meherculè & Catoni, & omnibus municipibus duas esse censeo patrias, unam naturæ, alteram ciuitatis: ut ille Cato, quū esset Tusculi natus, in P. R. ciuitatem susceptus est. Itaq; quum ortu Tusculanus esset, ciuitate Romanus, habuit alteram loci patriam, alterã iuris: ut uestri Attici, priusquam Theseus eosdē migrare ex agris, & in *ἄγρῳ*, quod appellatur, omneis se cōferre iussit, et symphreatidas uel symphratoras (nam utrunq; expuncto τὸ *συμφρῆατας* legi potest, ex Atticis) sic et nos eã patriã dicimus, etc. Ex hoc loco, collato cū græcis, lux accedit, ut & Latinis à Græco. Quælibet uerò *ἑκατρία* suum *ἑκατρίαγρον*, ueluti & *τρίτης τῶν τριτῶν ἁγρῶν* habebat. Tradit Harpocraton, in singulis *ἑκατρίαις* fuisse triginta *γυνυτάς*, genere affines, τῷ αὐτοῦ γένους κοινῶς, ut ait, alioq; uocabulo *ἐμπαράδαντος* nuncupatos, ac si dicas Collactaneos: ex quibus deligi solebant sa-

cerdotes pro qualibet *γῶρα*. Hæc ut possint constare, semper cogitandum est, triplicis magistratus usum in omnibus populis fuisse: unde tam egrè inter iudices iudiciarios ue ordines, militares & sacros possumus distinguere. Innumera præterea erant sacrorum in falsa religione genera. Erat illis *ἱεῖρας* *ἰεῖρας*, protector: *ὑπερῖος*, uindex: *ἰσοδῖπιος*, liberator: cuius auspicio adscribunt uictoriam de Persis in Salamina habitam. Erat Apollo patrios, & apotropæus, & sexcenta singulorum nebulonum superstitiosæ religiones. Nomina mensium id indicant, nullus enim, præter unū forsan, aut alterum, nō habet nomē à quodam sacrificij in eo fieri soliti genere. Gamelion primò, qui lunæ in mensem Ianuarium pro maxima parte incidentis cursui adscribitur, à nuptijs Iunoni sacris, quo nomine fiebant ei sacra, nomen habet. Sequenti in ordine est *ἰανουαριῶν*, à petendis iaculandis ue ceruis, in memoriam Dianæ uenatricis dictus. Erant Munychia etiam Dianæ sacra, unde *μουνυχίω* dictus est. *ἰουλιῶν* dicta est Diana, lunâ ue, quòd noctu sola excellat. Lauerna est eadem, deaq; furum. eo nomine erat & portus, & circa eum arx fortissima Athenis, quæ et ciuibus tumultuantibus, & externis timorem hostibus posset incutere. Ferunt Epimendam, quum aliquando illam arcem contemplaretur, dixisse: O futuræ sortis inscios mortales, si
quan-

quantū olim detrimenti ob hanc arcem essent Athenienses accepturi, nossent, illam uel dentibus conciperent. Contigit certē, ut omnino ob eam arcem concise Athenæ, & in seruitutem, unde nunquam liberari potuerint, redactæ sint ab Antipatro Alexandri successore, non sine præstantissimorum uirorū cædibus, aut proscriptionibus. Apri li respondens Thargelion, qui & *ἑρμῖος*, ob sacra apollinis *ἑρμῖος* uerno tempore, quum terra calescit, fieri solita, nuncupatus est. *ἑρμῖος* ferē nulli genti non est aliquo cultu celebris, præcipuē quum primorum foliorum umbracula æstus gratia petuntur. Nomen dedit *ἑρμῖος* sacrificium centum bouum, Ioui fieri solitum *ἑκατόμβη*. Non erant uerò ea sacra centum bouum, ut creditur, sed centū numorū. erat enim *ἑρμῖος*, numi species, à Theseo percussa. unde prouerbiū redempti ab eloquēti Demosthene silentij, Bos in lingua: uoce illa ambigua magnificè de sacris, alioqui non magni sumptus, loquebantur: ut non pauci gloriæ causa hodie, suos numulos aureos uocant, aut minimæ monete numerum inauditum, apud imperitos proferrunt, ut insignes uideantur eorum prouentus. A sacris Apollinis *ἑκατόμβη* dictus est, quod uicinia eò conuenire esset solita. Quod uehementi uoce & cursu bellum cum Amazonibus sit à Theseo cōmissum, quo dēq; sacra Apollini fecerit ante con-

fertam manum Athenienses, Boedromia institue-
re, circa lunā Iunij: unde *βουδρομίου* mensis dictus
est. *μνημονεύω* uerò, memoriam Iouis obscuri &
nebulosi seruat. A coquendis Apollinis nomine fa-
bis, *πυραυλίω* uocatur. Nouember, à florum priua-
tione solùm dictus legitur, *ἀνδριστίω* ἢ τῶς τῶν ἀν-
δρῶν *στεινότης*. *παιδαγωγία* nomē est à memoria Neptu-
ni, cui tamē & Palladi cōmunia eo mense sacra fie-
bant. Ita nil non scatebat sacris superstitionibus.

Sed ad *ἑσπέρια* redeo, quibus tam uariorū sacro-
rum cura incumberebat. Singulis in urbibus similes
ordines hodie esse oportet, non causa sacrorū: nam
nostri sacri magistratus sunt, probi uel improbi,
sacrosancti ordinis causa omnes perpetui: illi ele-
ctij & temporarij erant, perinde ut nunc sunt
magistri & fratres scholarum, ut uulgo dicunt Ve-
netijs, qui ad cultum sacrum insigni pompa sub ali-
quot diuis coguntur, non ex regionibus, sed ex ar-
tibus & muneribus præscriptis. Vocabat eiusce-
modi congressus eorundem hominum, rex Gallie,
monopolia: curauitq; ut abolerentur in præcipuis
sui regni urbibus, collato in pauperū erarium eo-
rum prouentu. Sex uiri, sex regionū Venetiarum,
quas sextariam uocant, ad unguem respondent *ἑξήκοντα*,
ἑξήκοντα, qui præerant hic confratrijs, ut uulgo uo-
cabant. & qui curam scholarum Venetijs habent,
quadrant cum *ἑκαταῖα*. Adscribebant præter
sacro-

sacrorum curam phratores, seu symphreatides, iu-
 uenes ἐν τῷ λεξιάρχικῷ, in publico diario, ut per æ-
 tatis publicam cognitionem, constaret et militan-
 di, et ad eundem hereditatis, et nubendi tempus,
 quò præterea possessiones pergeret, in quotq; par-
 tes diuiderentur. Erat eiusmodi duplex inscriptio,
 et libellus duplex. Nam in communi diario, quod
 κοινὸν γραμματεῖον uocabant, promiscue omnes in-
 scribebantur: in λεξιάρχικῷ uerò illi, quibus admi-
 nistrandæ hereditatis facultas daretur. In suum ge-
 nus illi, hi inter ciues iam adnumerabatur. Si hanc
 partem haberent inter patricos Veneti, longè sa-
 nè facilius sine ulla discussione, qui essent: illis inter
 ciues, id est, notabiles habendi, agnoscerent, sump-
 tumq; et laborem non paruū sibi adimerent. Nil
 dico de cæteris administrationibus, quum reuera
 una illa mihi uideatur superstes, quæ aliquid At-
 ticæ reip. imagines effingat. Quum uxoraretur iu-
 uenis, tunc φεῳτορες aderant suorum generum, ad-
 ductisq; unâ sponsa et sponso sacra faciebant, ma-
 stato masculino animali nomine maris, et femina
 loco puellæ: sanctumq; et faustum in illis sacris iube-
 bant, orabantq; ut esset coniugium. Hæc sunt olim
 à me obseruata. Qui plura uolet, ex iisdem fontibus
 illi haurire licebit, tenuitatemq; nostram sarcire.
 Nunc primæ editionis scripta prosequor.

125 DE MAGISTRATIBVS
DE NOVMVIRIS VNA, QVOS
ἀρχοντας Græci, id est principes dicunt.

Cap. XXIIII.

Celeberrimi Athenis erant *οἱ ἄρχοντες*, no-
uem principes, qui eligi in eam functionem non
poterant, nisi præstito hoc iureiurâdo, Esse tam à
patre quàm à matre genere Athenienses, talesq; iam
ab auis abauisq; atque atauis agnosci. Rogabamur
præterea an *ἀυτοχθόνες* essent, id est indigenæ, an à
quibusdam alijs populis olim traxissent originem:
quod & Veneti in agnoscendis nobilitatis liberis
facilitant. De religione, si esset ipsis *θεοὶ ἱεροί*, Iup-
piter penetralis tutelarisue, *ἀνὴρ ἄλλων πατριῶν*, Apol-
lo auitus author ue. De uita anteaçta, si in paren-
tes beneficia contulissent, si pro patria, aris, focis,
arma fuissent ab illis sumpta, si publicis honoribus
meriti in rempublicâ collati ergò donati aliquan-
do fuissent. quas notas consequuti, admitti pote-
rant, non aliter. Hæc illos interrogabant Ariopa-
gita in regia porticu, quæ paulò antè tradita est.
Exhibito primo iureiurando, hoc secundum adde-
bant, Se perpetuò seruaturos leges, auream sta-
tuam nunquam pro quantumuis in rempublicam
magno beneficio postulaturos: non *ἀποδοκίμειν*, id
est sordes & questum iudicij causa sectaturos. qua
data fide, in Acropolim Atheniensium arcem à se-
natu, ubi idem iusturâdum repeti moris erat, dedu-
cebant.

cebantur. Non absimile à senatu Veneto solitum est ei fieri, qui classis electus est imperator, quem Prouidadorium uulgò dici, expositum à me est prius, diuerso tamen longè sacramento. Is enim prospexitur rebus bellicis, annonæ ac classi est: illi legum uim administrare solebant. Vbi in arcem excepti erant, quamuis omnes ἀρχοντες dicerentur, tamen sex ἑσμοδῆται, unus ἀρχὴν ἐπὶ τὸν νόμον de quo dixi, alter βασιλεύς, id est rex, tertius πονημάρχης magister militum dici solebat: de quibus ipsis singillatim sum modò dicturus.

DE EPONYMO.

Cap. XXV.

Ab eponymo τὰ Διονυσία, id est Bacchanalia, & ἀπὸ Ἀπόλλωνος: id est Apollini & Dianæ sacra, unde ἀπὸ ἀπριλίου mensis Aprilis dictus est, administrari consueuerant. Lites τῶν κλησίων (qua uoce primò lites quæ inter uirum & uxorem acciderent, secundò mutuas inter parentes actiones, aut liberorum ingratorum erga progenitores, et itè plura actionum genera, significantur) audit atq; indicat: poenὰ τῶν κακῶν: id est, iniuriæ per temulentiam illatæ stæ tuebat. Illius curæ cõmittebãtur orphani, ad quos defendēdos tuēdosq; ἀδελφῶν tutores uiros singulari integritate deligere solebat, qui ius etiam inter legitimū et institutū h.eredē dicere ex officij ratione solebant. Hos Græcia τῶν ὀρφάνων ἐπιτρόποις, id est orpha-

orphanorum tutores, ut ab his apposita distinctio
 ne differrent, qui *υγιεινὸν κηδεμόνων* uiduarum defenso
 res dici consueuerant, uocare solebat. Postremi ui
 duas que post mariti mortem grauide remanse
 rant, diligentius conseruabant, atque posthumis
 prospicere soliti, curabant uiduas pupillosq; dia
 rio indictionum eximi, publicisq; contributioni
 bus liberari. Qua in re quam simus negligentes, id
 satis monstrat, quòd nullus ad id munus magistra
 tus peculiaris deligi solet: & præclaris interim
 uerbis pietatem intonamus, in qua exercenda fa
 cile non tantum à Muhamedicis, sed & ab ethni
 cis uincimur. *κηδεμόνων* alioqui si sine adiecta alia
 uoce acceperis, cuius negotio præfectum notabit.
 Iam supra docui *fastorum* seriem, rerumq; gesta
 rum memoriam ab hoc eponymo magistratu nota
 ri scriptis publicis priuatisq; solitam: quod uerum
 semper erat, nisi quòd in *ἀρχαιγενεσίας*, id est, magi
 stratum electione sub anni principio fieri ad ali
 quot dies solita ita supputabant, *ἡδὲ πρώτης πεντα
 νέας τῆς δεκάτης ἢ ἐνδεκάτης*, primæ prytanie decima
 aut undecima. Cicero morem Græcorū exprimere
 libro de Fato, uoluit: Morietur, inquit Epicurus,
 quum duos & sexaginta annos natus uixerit Ar
 chome Pythoraco. Voluit & genitiuum Græco
 rum in ablatiuum Latinorum transferre Græco uo
 cabulo. Proprie itaque dicebatur *ἀρχὸν ἢ ἐπὶ πύλαις*,
 id est

id est princeps unde res gesta rationem temporis
nomenq; acciperent. De eponymis status iam ante
scripsi. *ἄρχων* nomen erat magistratus illius.
Vnum nolo omittere, quòd hi ius ciuibus tantum
dicerent, in iisdē uerò causis *πολιμαρχος* inquilinis.

DE REGE. Cap. XXVI.

BΑΣΙΛΕΥΣ regem sacrificulum interpretatur Li-
uius: unde possumus confirmare (quod se-
pius exposui) Romanos non tantum legum exem-
plum à Græcis expetiuisse, sed & reip. imaginem
hinc sumpsisse. Quemadmodum enim hi rege sacrifi-
culo sacra ferè omnia administrare solebant, ita no-
mine sacrorum prima erat Athenis autoritate
rex. Prima enim muneris dignitas illi erat, quòd τὰ
ἱερὰ τῶν θεῶν Cereri & Baccho sacra cum lu-
dorum curatoribus fieri pro moris usu curaret. In
singulis enim ludis Athenienses suos *χορηγοί*, id est
choragos seu adiutores habere solebant, qui nō tan-
tum (ut iam à me est notatum) præerant ludis, sed
& liberalitate pro opum ratione in reipubl. im-
pensas utentes, de suo non parum insumebant: eo so-
lum nomine, quòd illorum essent præfecti, quemad-
modum in certaminibus ἀθλοδρόμου munerarij athle-
tis partim ex suo, partim ex publico ære præmia
proponabant. In choragorum munere & privile-
gijs aperiendis tota Demosthenis in Mediam ora-
tio

tio uersatur. si quis itaque copiosius de illis lege-
 re cupiat, illam percurrere poterit. Horum exem-
 plum in mysterijs (ita tragœdias comœdiasq; uulga-
 res, quæ uitas herouum pro Christo passorum perso-
 natis hominibus plebeijs exponunt, uulgò dicunt)
 frequens usque adeò est, ut multi inde rem familia-
 rem, dum lucello inhiant, decoquant amplissimam.
 Athlothetarum exempla crebra sunt in singulis ur-
 bibus, quæ aut iactu balistæ, ignei tormenti, arcus,
 aut etiam palestræ exercitatione militem exer-
 citent. Curabat præterea noster sacrificulus sacra-
 ta *ἱερὰ λαμπρῶν*, quæ uidelicet ad lampadem fierent.
 Quæ uerò ea essent, quâ ue ratione obiri solita, ita
 scriptum reperio: Tria ubi semper lampadis usus
 erat, festa Athenienses habuere, *ἀλλωθία, ἰσθαγυρία,*
ἠρομυθία, Mineruæ, Vulcano, Prometheo. Suidas
 ait, Istrum scriptum reliquisse, quòd quum Athe-
 nienses sacra Vulcano facerent, lampadem excogita-
 tassent: ob cuius rei memoriam perpetuos illi ludos
 consecrarint, in quibus usus semper esset lampad-
 is. Ut uerò gratiam referrèt etiam prudentissimæ
 artium inuentrici Palladi, itemq; Prometheo, pri-
 mo suprema literarum memoria artium uariarum
 inter homines propagatori, sanxere ut pariter in
 illorum sacris eadem lampade posteri uterentur.
 Quæ quum alius contemplor, ut non possum sa-
 tis admirari quàm nullam ferè ob rem, aut uilio-
 ris, &

ris, & quam facile rideas artis excogitationem, leuiter temereq; ne dicam impiè, credula nimis antiquitas multa hominum monstra in deorum numerum reposuit, ut ostenderet religiones illas opinione non ueritate niti: ita ediuerso uehemens mihi subit illorum hominum à uera pietate alienorum admiratio, quæ semper persuasum habuere, nil boni in hac uita sine lumine atque adminiculo cælesti se posse consequi: quod uehementer illorum resellit amentia, qui sine prouidentia munere res istas bene geri posse credunt. Peractis sacris, etiam controuersias quæ illorum causa inter gentes oboriebantur, dirimebat. Qui essent *γυνταί*, ex Harpocrate paulò antè attigi, paucisq; deuò explicare uisum est. *γυνταί*, inquit, sunt eiusdè generis familie uel participes. Quum enim Atheniensium populus esset in certas partes diuisus, maximè (ut diximus) *φύλαι*, id est tribus uocabantur: quarum singulæ trifariam partem *τριτῶς* creabant: quæ etiam *τριτῶν* dici solebant, *ἀπὸ τῆς τριτῶς*, à puteo uidelicet, cuius erat in eadem uicinia communis usus. (Dixi iam in demarchis etiam quamlibet tribum propter nauticam muniam in duodecim partes seu *καταστάσεις* partiri) quolibet uerò *τριτῶν* (persequitur Harp.) sacrorum gratia in triginta partes diuisa creabat *τριτῶν*, nongentesimam populi Atheniensis partem: cuius singuli patres familias *γυνταί* uocari solebant.

bant: inter quos ius de sacrorū administratione dicebat. Subdit idem author Iseum in oratione pro Apollodori hereditate *συγγενῆς ἔχ' ἡμενῶν*, uocabulo abutendo, eosdem dixisse: Philochorum præterea *ἡμενῶν* interpretatū *ἡμοῦν ἀδελφῶν*, quasi colactaneos dicas. De cæde causas, quas ex præcognitione aut ex occasione rei obuij præoccupare poterat, in senatum Ariopagiticum introducere solebat: ubi uerò reos ante tribunal stitisset, deposita corona ipsis Ariopagitis assidebat, sententiam pro ratione criminis primus dicturus. Ad hæc rerum inanimatarum causas, uerbi gratia de damno ab obice in uia publica dato, de ruina ex tigno communi, macerijs, ædibus ruinam minantibus, & huiusmodi audire solebat, quisq; teneretur earum nomine, iudicio declarare.

DE POLEMARCHO TRIBVNO
militum. Cap. XXVII.

Tercium dicitur *ἀρχόντων τριτος ἢ τῶν πολεμαρχῶν*, Principum tertius erat polemarchus: qui quo uocabulo melius Latine dici possit, etiam officij explicatio planum faciet. Præerat primū Dianæ et Martis Enyalij sacris, ob eam rem, quod hi potissimum rebus bellicis præire crederentur: quod Homerus epithetis appositis expositum reliquit, dum illam *ἰοχέουσαν*, hoc est telis gaudentem, hunc *ἀλλοτριόκαλον*, *μικροβόρον*, *τεχνοκλήτην*: id est inconstan-

tem

rem, homicidam, murorum urbiumq; euerforem uocat. Certamina etiam *uirtutum* ornari & disponi curabat polemarchus. Erat olim præclarus Atheniensibus mos, ut quotquot in bello pro patria fortiter occubissent, eos in diario adscriptos, nominum & rerum ab illis præclare gestarum crebra recitatione, celebratione & gloria, præsentem uniuerforum ciuū corona post tam scælicem mortem ludis & celebritate publica celebrarent, certaminaq; à iuuentute fierent, quæ dicerentur *uirtutum*, id est sepulchralia; in quibus ipsi iuuenes gloriæ cupiditate ad rem bellicam, mortis contemptum, amorem reipubl. usque adeo beneficorum in se memoris inflammarentur. Quauis enim uirtutis præmium uir bonus in conscientia, minus perfectus in gloria ponit, tamen uerum est & illud Silij,

Nec reperire licet multis è millibus unum,

Virtutem precium qui putet esse suum.

Qui itaque gloriam è rebus humanis tollit, is uirtuti alas præcipuas adimere uidetur. Tribus enim illa rebus potissimum alitur: unica gloria in magnis uiris, cui præmium accedit in tenuioribus, at quos non usque adeo ea incitant, formido, & præsens pœna illam in improbis inserit: qui non raro inde habitum facultatemq; ad duo prima sibi comparant, ut iam scilicet non inepti, præmio digni

sint: quo euecti, in gloriæ cupiditatem, quæ illos in uirtute retinet, transeunt. Præscribi præterea à Polemarcho solebant cantilenæ & uersus quidam in laudem defunctorum, & uirtutis: qui ipsis iuuenibus decantandi in ludis publicis dabantur. Qui ordinem in bello reliquissent, qui imminere periculo fugissent (quæ crimina *λεποταξίς*, & *ἀποστασίς* uocant) eos ad senatum Ariopagiticum deferrebat condemnandos. Singulis tribubus manubiarum partes dare: inquilinos qui sine census persolutione aut uade Athenis agerent, multare: ius inquilinis & *ισοτέλειαι*, id est populis fundis, ciuitatēq; donatis dicere: legatis prospicere: in summa rei militaris & inquilinorum omnia tractare terminareq; consueuerat. Scribunt non pauci auctores et urbis clauēs ad eum deferri noctu solitas, portarumq; custodiam tradi: quod munus in liberis Galliæ ciuitatibus, illorū est quos uulgò Maiores uocā. Verum quia is rei militaris summam habuit, uolo hoc in loco cæteros belli duces attingere.

DE MILITARIBVS OFFICIIS,

Cap. XXVIII.

Suuerant *πολιμαρχο* duo *ἵππαρχοι* equitum magistris, ut refert Harpocratio Aristotelē in Atheniensium politia scriptum reliquisse: quibus non tantum equestris ordo, sed uniuersus quo in loco erant, pareret exercitus necesse erat: alioquin animaduert-

maouertere in facinorosos imperiumq; detrectan-
 tes statim licebat. Curabant præterea, ne quis ab or-
 dine aut à duce semel delecto recedere in dicta cau-
 sa urgente sine illorum permissu poena capitis au-
 deret: ut modum in uictu & cultu seruaret: ne se sar-
 cinis grauiorem uictumq; redderet: ne iniuriam po-
 pularibus inferret, & cætera huiusmodi militibus
 præscribi solita. quibus in obseruandis mirū quā-
 simus socordes. Sobrietate, continentia, obedi-
 entia olim Galli non tantum Europam totam subege-
 re, sed & Asiam partim incurfionibus uexarunt,
 partim formidine terruere: nunc uenus, ingluuius,
 ebrietas, peruicacia, ordinis & ducis contemptus,
 furta, cædes, rapinæ, propriorum ciuium & popu-
 larium etiam lōge uiolentiores quā à quouis im-
 mani & barbaro uictore pati possis, nos delicijs in-
 uoluentes in contemptum uertunt. si interim à Du-
 ce uiro probo expetatur poena de eius milite, au-
 det turbas & factionem excitare, se abducturū ad
 alium plures cōminari: & hæc patimur: unde inul-
 ta scelera illos furcis quotidie reseruāt. At quid mi-
 rum nos isthæc pati, quum uirtus ducum & senio-
 rum soleat temeritati & iuuentuti posthaberi, fa-
 uoribusq; non meritis nitamur? uirtus uerò tam
 sit suspecta etiam in iuuenibus ut non æquo animo
 haberi soleat? Verū frustra queror, capita non
 infrequenter sunt membris deteriora. Hoc tam

difficile tamq̄; laboriosum munus per ταξιάρχης, id est ordinum præfectos obire solebam. Hi enim ordinum duces, centuriones, decuriones, leuiorisq̄; armaturæ milites in ordinem cogere solebant, quod Græci παρατάξαι dicunt. Erant Athenis et decē φύλαρχοι, id est tribuni, tribuūm ue præfecti, quos quidam scribunt (quibus non facile assensior) hipparchis præfuisse. Diuersum uerò mensentire Demosthenes facit Philippica prima, δὲ ἕξ ἑκατονταῖται δὲ ἕξ ὑμῶν ἀντὶ τῆς ἀνά ταξιάρχους καὶ στρατηγῶν καὶ φυλάρχους, καὶ ἰππάρχους δύο; τί οὖν ἕτοι ποιῶσι; Nonne elegistis ex uobis decem ordinum præfectos ac duces, tribuūmq̄; præfectos, & magistrōs equitū duos? hi igitur quid faciūt? Voces diuersæ, muneris diuersitatem significant, & ex ordine dicendi, functionis seriem monstrant. ἰππᾶς porro, id est equites illi, quibus ἰππάρχοι præerant, quotannis ἰππᾶδον, id est sacra equestria persoluere soliti erāt. Voce φυλάρχος Græca usus est Cicero in Epistolis familiaribus. Verūm ab hac tractatione mihi parum cognita de experientia, recedo, ne idem mihi contingat quod olim sapiētiae professori in Græcia Phormioni apud Hannibalem contigit. quum præclare enim, ut literæ humaniores nullius rei quantumuis abstrusæ expertes illum docuerant, de re militari ex arte disceptasset, Pœnus subiunxit, multos se quidem deliros senes sæpe uidisse, sed illo uno qui magis deliraret, uidisse neminem.

ATHENIENSIVM. 136
DE SEX THESMOTHEtis.

Cap. XXIX.

Veluti summa capita in iudicijs sex Thesmothetes, cum tribus iam scriptis, tribuum duces, equites, equitumq; magistrōs eligere solebant, alioqui horum præcipuum munus erat in iudices legum præscripto non utentes in iudicijs, ueluti custodum totius reipubl. obseruatorum, seuerissimè animaduertere: ita loco illorum sanè nos regios procuratores & aduocatos habemus, sed apud quos nõ raro ἢ ἕρπ τῶν χάριτι, nulla sanè ars est præstantior ad coercendam ordinis iudiciarij auaritiam et fauores aptior, quàm ut liceat cuilibet accusare magistratum periculo talionis si non probet, ut quæ minima à magistratu aut summa auctoritate uiris in tenues admissa duplici pœna expientur. Quicquid admittitur sceleris, si semel in Gallia nefarius aut terrore aut muneribus publicorū accusatorū regij aduocati & procuratoris dico obstruxerit, nemini accusare licet. ideo in hac re grauitè peccatur, quod illi homines sordibus obnoxij ferè nil stipèdij à fisco accipiunt & unde uis corradere coguntur. Nec ob egestatem, nec ob ullius potentissimi terrorem deflectere à uero debet publicus accusator. Seorsum porro Senatū extra præscriptum iure aut consuetudine tempus cogere poterant, quod quanti esset muneris, quantæq; auctoritatis,

ut hodie satis patet, ita Romani magno docuere argumēto. Licebat enim apud eos tantum dictatori, consuli, prætore, & in summa rerum difficultate Tribunis tam militarib. quàm plebeijs id efficere. Habito senatu, illius acta significari popularibus curabant. Litem intēdere præterea solebant in eos magistratus, qui nondum omnium suffragio examinatam legem promulgassent, quam actionem *magis vōmō. yēaplv* uocari iam supra in Nomophylacibus notauī. Erant enim singulares legum uindices. Populus fundis præterea qui Atheniensium iure uterentur, ius præscribere, in falsos testes pœnam statuere, talionis pœna falsum accusatorem plectere, iudicibus singulis cum proedris sedes honoris loco designare, illorum fuit munus. Hoc munus in constitutendis iudicibus propè obseruari à Quatuoruiris præsidib. apud Parisios uidemus, aut si alij desint, ab uno qui curiæ præsideat. Sunt enim apud nos, præcipue Parisiis (quum alioqui in Gallia sit conuentus Rhotomagensis, Burdegalensis, Tolosanus, Gratianopolitanus, & Diuionensis) plures ut uocant camerae, quæ subsellia non male uocari credo, quibus uarios iudices quotannis dari certum est. Alibi enim causæ ciuiles, capitalia alibi crimina, alibi quæstio rerum fiscalium tractatur. Iura principum alij, multas alij exigunt. quæ prosequi esset aliud opus si pro materia dicatur. Verum hæc

me admonent, ut subselliorum Atheniensium loca
nunc attingam.

DE TRIBVNALIBVS SVBSEL-
lijs úe, in quibus Athenis ius dicebatur.

Cap. XXX.

VT clarius singula appareant, Demosthenis ora-
nium doctrinarum principis, ex oratione *hæ-
dætes* sententia mihi primùm in medium adse-
renda uidetur. Illa enim lucem sequentibus maxi-
mam adferet. Vbi ergo in memoriam ipsis Athe-
niensibus illa publica commoda retulit, quibus il-
li fruerentur quotidie, qui ciuitatis iure uteban-
tur, quorumq; Charidemus (in quem partim ea ora-
tio scripta est) si secundum Aristocratis decretum
ipsum Athenienses recepissent, particeps esse pote-
rat, ait: Varia quidẽ certè sunt apud uos, ó Athe-
nienses, cõmoda, qualia nõ temerè alibi reperiãtur:
inter quæ unũ illud præcipuũ est, nõ minus celebre
quã uenerandũ, Ariopagiticũ tribunal: de cuius di-
gnitate si quisquam orationis copia dicere conabi-
tur (tam uaria magnaq; de illo tũ ab antiquis tradi-
ta, tũ nostra memoria cognita sunt) tãta se dicendo
rũ moles offerat, ut de nulla alia re maior: quorum
tamẽ ipsorũ exempli gratia unũ atq; alterum ad-
feram in medium: utq; primò ab antiquis est tradi-
tum, referam. Dij ipsi senserunt illic potissimũ cæ-
dis iudicia peragi debere (ita fama est) ibiq; potissi-

mum iudices fuere. Neptunus pro Halirrhothio fi-
 lio aduersus Martem id testatur. Duodecim dij iu-
 dices inter Orestem & Furias illic sententias dix-
 re. At ista antiquiora uidentur. Veniamus ergo ad
 recentiora. Tanta huic senatui reuerentia, tanta est
 semper habita fides, ut nec tyrannis nec oligarchia
 (quæ paucorum potentiorum imperium est) nec
 etiam quæ uniuersarū administrationis specierum
 uim superat Democratia, ausa usquam fuerit cædis
 iudicia ab eo loco transferre. Ita omnes in uniuersum
 semper sua consilia debiliora putauere, quam
 quæ possent tam exactè uerum ipsum atque equi-
 tatem in causis tam feliciter assequi. Ad hæc etiam
 (quod ipsum maximum est) nemo unquam aut reus
 conuictus, aut accusator non conuincens repertus
 est, qui meritò ab eorum sententia posset prouoca-
 re. Nunquam enim quicquam quod reprehendi me-
 ritò posset, in eo collegio decretum est. Hæc Demo-
 sthenes: cuius uerba appendere ob dignitatem pau-
 lò prolixius uisum est. Pausanias in Atticis ita tra-
 dit: Prima quidem, ait, in dextra τῶν παραμυθῶν parte
 est τοῦ βασιλέως, regia porticus, in qua annuo magi-
 stratu solet rex sedere, cuius magistratus ὁ βασι-
 λέως ἀρχὴ dici solet. Harpocraton ex prima Demo-
 sthenis in Aristogitonem oratione, tres esse τοὺς βα-
 σιλέως, porticus regias, inuicè e regione collocatas
 ait. Primam δὲ τὴν ἐλευθερίας, Iouis liberatoris: alte-

tam regiam uulgarem usitatamq; tertiam uarijs si-
 guris ornatam, quam ideo *νομιμα* dixere Græci.
 sed uerba Pausaniæ prosequor. *ἀγείας πόρος*, inquit,
 id est Martius uicus, dictus inde est, quod *ἀγης*, id
 est Mars, condemnatus illic est, eò quod *ἀλιπέδιον*
 occidisset. ubi et Orestes ob matrem interfectam
 iudicatus est: qui ut sententiæ pœnam effugeret, a-
 ram Palladi instituit, quam *ἀγείας ἀθλωάς βώμην*, id
 est Martiæ Palladis aram uocauit. et paulò mox,
 Sunt etiam Athenis alia tribumalia non usque adeò
 ut primùm celebra, ut est *τρίγωνον*, à figura triangu-
 lari ita dictum: et *μαρτύριον*, ita nuncupatū quòd
 in obscuriori urbis loco (erāt Athenæ in decliui lo-
 co sitæ, Libanotoq; obiectæ) esset, atque à paucis
 frequentaretur. Maximum uerò omnium, et in quo
 plures conuenirent, erat *ἡλιεία*, de quo iam dictum
 est. In quo autem homicidæ, uenefici, sicarij, et
 maxime causæ capitales iudicarentur, illud uoca-
 bāt *πρυτανίον*. *ἐν ἀρχοντίῳ* ius illis dici solebat, qui
 eadem quidem cõmississent, iure uerò nature tuen-
 dæ se fecisse assererent. In prytanio de rebus ciuilib.
 ut suprâ à me est notatum, transigebatur. τὸ *μαρτύριον*
 (qui locus ad portum non longè ab arce erat) iudi-
 cia *πρυτανίῳ* erant, ubi uidelicet illorum audiebantur
 accusationes qui iam iudiciū extra Arium pa-
 gum effugissent: qui ueluti profugi causam ex nauib.
 dicere consueuerant. Hæc Pausanias paucis ex-

Sare potes, nil tibi erit inde periculi. Sexcenta sunt huiusmodi adminicula ad ius cōsequendū. Satis ex uerbis Demosthenis apparet quod dicebam, cuique in ius sine uiatore aut apparitore (quos seruientes uulgò in Gallia uocant) aduersarium rapiendi potestatem fuisse. Quod uerò idem exemplum Romanis sit translātū, quum ex multis alijs locis, tum maxime ex titulo Digestorū, Si quis illum qui in ius uocatus est, uicinat, satis patet: & Lyricus satyra nona libri primi aperit:

Casu uenit obuius illi

Aduersarius: & Quò tu turpissime? magna

Exclamat uoce. & licet attestari: ego uerò

Oppono auriculam, rapit in ius, &c.

Quo ex loco notandum uenit præterea, si quis uellet attestari rogatus, eum, ut meminisset, ab actore defricari memoriæ gratia circa auriculam solitum: quod & nostra ætate uideo seruari eadem ratione, prouerbijq; loco esse apud multos, Post auriculas te ea de re defricabo, scalpam ue. quod à uetustissima Romanorum consuetudine ad nos transfuisse certū est. Verum redeo ad subsellia. Πάλλας δὲ ἴσθιαι ait Pollux, euerfa Troia à Græcis Athenas fuisse delatū: habitatores uerò Phaleri, qui portus iuxta Piræam Athenis cōiunctus est, illos esse hostes arbitrati, in mare præcipites dedere. Acamas etiam dixit Græcos fuisse homines, qui Palladis simulacrū attulerint

tulerint: occisos itaq; oraculum uocauit ἀγῶναι, quod quum essent amici conterranei; ut ignoti perire: quo in loco ob rei memoriam Palladium sacrum & tribunal constructum est, ubi de cæde inuoluntaria ius diceretur, quoniam illos Phalerei nō nocendi, sed opitulandi patriæ desiderio imprudenter ueluti hostes occidissent. Subdit Demosthenes: Tertium porrò tribunal fuit ἐν Δελφίνῳ, ubi eius illis dici solebat, qui cædem quidem commississe se non negarent, iure uerò eam fecisse cōtenderent. Esse enim aliquam iustè illatam cædem non negabit quicumque deos ipsos, qui æquissimi putantur, illic Orestem qui matrem tamē sed iustè occiderat, post dictam causam nouerit absoluisse. Ab Ægeο id constructum narrat Pollux, unde Apollo Delphinius, Bellona Delphinia dicta est: primumq; ibi iudicium recepisse Thesea, quum prædonum spolia dicaret deo, non quidem negando Pallanidiorum cædem se commississe, sed sanctè id fecisse contendendo, ne illi aut ei aut reip. nocere pergerent. Quartum (ait Demosthenes) erat ἐν τῷ ἰδίῳ ἀγορᾶν, ubi solebant huiusmodi causæ tractari: si quis in uia transiens, ab obice illato, lapide scilicet, ferro, ruina, aut alia quauis re inanimata, aut etiam ab ignoto percussore fuisset læsus, coniecturis argumentabatur, si qua arte possent in illius qui damnum dedisset, aut dati causa fuisset, cognitionem uenire: qui

qui inde probationibus uictus condemnabatur pro
 rei ratione. In illius tribunalis iudicijs, quibus rex
 de quo egi, præerat, assidebant φιλοσασίλων, regis as-
 sessores amatorés ue, qui rem post perquisitas con-
 iecturas, si non constaret de authore, corrumpi, et
 in flumen marè ue proijci in pœnæ signum cura-
 rent. πέντε μισθον βήμα τὸ ἐν φέριατι, quintum tribunal in
 loco quem φέρια, id est puteum uocabant: alioquã
 τὸ ἐν περσείᾳ dici solebat: ubi si quis post cædem con-
 tra uoluntatem admissam, aliam uoluntariam com-
 misisset, cogebatur dare facti rationē, idq; ex nauis
 (ueluti solo proscriptus) quæ nec anchora nec ru-
 dentibus ocularibus retineretur. Ibi primum φέριας
 ius dixisse fama est. Persequeretur ex Demosthene
 τὸ ἐν ἰλιαίων, nisi iam sæpius esset à me scriptus ille
 confessus. ἐν λύνῳ in Lycœ conueniebant arbitri, et
 illi iudices qui causis terminandis adiungerentur.
 Μετοίχου addit Pollux, nomine tantum, uerum quid
 illuc tractaretur, non docet, nec apud alium legi.
 Nolo hîc immorari in iudiciorum uerbis aut for-
 mis explicandis, quæ multa huc congesseram, ne
 operi ad res ipsas declarandas nato, uidear & grã-
 matica inserere: quod forsàn olim alibi fiet commo-
 dius: sed tamen absoluere curiarum & iudiciorum
 uocabula, ut sunt mihi promiscuè obseruata, nunc
 commodius iudico. Ηλιατὸς ἡγεμῆτης, idem signifi-
 cant, iudicem ordinariũ, ut aiunt. ἡγεμῆτης ἡγεμῆτης
 ληπτορ,

145. DE MAGISTRATIBVS

Λικτος, à Cicerone lectus iudex dici solet. Τροπία,
 omnium senatuum & iudiciorum generale nomen
 est, à senili etate (qua par est, aut certe moribus, es
 se iudices) dictum: peculiari tamen uocabulo ita uo
 cari quinquaginta ἐφ' ἑσῶν cōsiliū apud Lacones,
 scriptum reliquit Aristoteles. Hoc enim ἐφ' ἑσῶν no
 men quamuis generale est praefectura cuiusuis no
 men, tamen & magistratum eum significat, ut &
 ista, ὑδισάριος, ἀρετάρτος, ἐπίτροπος, ἀρχαῖος, ταμίης, ἐπι
 σκοπος. Omnia enim praeterquam quod sunt digni
 tatum uocabula, cōmunia etiam sunt. Nomine γῆρας
 praeterea decem λόγους apud Cretenses etiam
 notauit Aristoteles. Illam uocem ex Greco in Ci
 cerone Senatum uertit Gaza. ἡγεμονία etiam τῶ
 ἀναγνῆσις, uocari ex oratione Aeschinis in Cte
 siphontem potest notari iudicium quodlibet, quo
 ties in eo iudices ius dicerent. Confessum pra
 terea iudicium συνδίκησις, ipsosq; iudices συν
 δίκους, quod communi sede uterentur, reperio dici,
 id est assessores: qua uoce & Hebraei ut LXX sa
 pientum cōfessum exprimerent, sunt usi סנהדרין
 synedrin uocando.

DE ASSESSORIBVS, QVOS GRÆ
 ci ἀξιόδοτοι uocant. Cap. XXXI.

Iudicij solennioribus sex ἀξιόδοτοι, à singulis
 trium ἀρχόντων bini delecti, solebant adesse: quos
 ex Aristotelis Atheniensium politia recitat Sudas

tantum fuisse quatuor: de quo numero non contendo, quum ad rem parum faciat. Hos oportebat esse uitæ inculpatissimæ, de qua antequam iudicibus posset adsidere, apud quingemos uiros prytanes primum, secundò inter Ariopagitas, quouis uolente per præconem (ut iam à me est notatum) ad accusandum admissò, rationem reddidisse oportebat. Causa tam seueræ perquisitionis erat, quòd res periculi plenas, & in quibus maxima fide opus est, tractarent, nempe iudicum sententias, quas unum uerbum omissum, mutatum, aliò translatum, aut à scriba celerrimè excipiente additum, poterat euertere, inq; contrarium trahere aut saltem partim à iudicis mente multum abducere. Erant itaq; ueluti scribæ obseruatores, dissiunctoresq; eorū quæ transcripsisset dictante iudice. Non possum hîc non admirari patientiam nostram, qui alamus quotidie in curijs sexcentos nebulones fescuncialibus literis, libellos ita augentes lucri gratia, ut quòd decem aut duodecim uersus uix impleat, in integrum quaternionè transeat et extendatur: tamen quum uideam leges contra illos latas à nemine magistratum habente curari ut obseruentur, uereor ut stipendium quod alioqui consularium uirorum aduocatorum & procuratorū seruis daretur, inde sarciri facile omnes uelint patienturq; itaq; aliò progredior.

DE

147 DE MAGISTRATIBVS
DE APPARITORIBVS ET IL-
lis quos Græci εἰσαγωγῆς dicunt.

Cap. XXXII.

Nisi maior dignitas & magistratuum numerus
me ordinem institutum seruare coegisset, &
quòd non litum ordine, sed locorū & obseruatio-
nis ratione scribere ab initio uisum est, erant hi ma-
gistratus, aut munera potius in ipso operis exor-
dio adscribenda, ut quorum alterum in ius uocan-
te aduersario uenire recusantem compelleret, εἰσα-
γωγῆς uerò singulis mensibus libellos & numina li-
tigantium in diario adscripta senatui offerret, no-
menq; ederet. qua in re mihi uidetur non esse absi-
mile munus illorum quos ostiarios & audientia-
rios uulgò dicimus. Primi officij homines, seruien-
tes uulgò dictos, plures quàm par sit habemus, ta-
men sine illorum significatione in Gallia neminem
in ius uocare licet, nisi citatione sacris initiatus. unde
de κλητῶν Græci in ius uocare dicunt, ducta ἀπὸ
τῆς κλητῆρας id est ab apparitoribus uoce, ut item hi
ἐκ τῆς κλητῆρας, à uocando scilicet dicti sunt. Verbum
κλητῶν præterea significat, testes aduersum me au-
dio: quod Aristophanes in Nebulis significat,

τὸν ἰμαυτῆ γ' ἔπεινα νυνὶ χημιάτην

ἢ ἄνω σὶ κλητῶσόντα.

Mearum certè pecuniarum gratia traham te in
iūs, testes aduersum te auditurum.

ἄξι κληρόχου, QVOS COLONIIS DE
ducendis præfectos dicere possumus.

Cap. XXXIII.

Ratio (ut sum proximè præfatus) dignitatis magistratuum, aut si illa deesset, maior numerus, me coegit eum seruare ordinem, qui in Operis discursu uisus est: uerùm promiscuè, ut plura dicere sum eam ob rem coactus, ita nunc ad finem usq; ut se offerent, sum singula prosequuturus. Solebant itaq; κληρόχοι colonos in urbes aut priscae Atheniensium possessionis, aut nuper conquistatas, non satis habitatas, inscribere destinareq; delectos, atq; agrum regionũ & iuris ipsarum urbium diuidere, ueluti pro sorte cuiusq; unde uox κληρόχου, id est sortes habentium ducta est. qui mos ut latius pateat, Libanij sophistæ sententiã ex argumento orationis Demosthenis *περὶ τῆς χερσονήσου*, adducere uisum est. Erat, inquit, ea peninsula quæ Thraciæ adheret, Atheniensium antiqua possessio, in quam Philippi regis tempore ad continendam possessionem suos κληρόχοι miserant. Mos enim ipsis erat, ut qui domi facultatibus essent destituti (quod per Ariopagitarum diligentiam à Valerio scriptam atq; superius adductam statim resciri poterat) accepto illi cum armis uiatico à repub. in exteras aut nudas cultoribusq; uacantes, aut recens conquistatas urbes mitterentur. Hæc ille. Quibus ipsis exemplis

L

docemur quoniam hodie sit utendum remedio, ut
 tantæ populi multitudini aut per uim calumniã
 ue, aut per agnatorum multitudinem, aut quodam
 proprio progenitorum ue scelere facultatibus om-
 nibus destituta, egregie prospiciatur. Eam enim fre-
 quentiam populi, etiam illorum quorum maiores
 uirtutis ergo erant laudem nobilitatis consequuti,
 uidemus eousq; creuisse, ut una hereditas (si Cale-
 tensium Aquitanorumq; morem, quorum primige-
 nij male fratribus consulunt, excipias) iam ad un-
 ciolas redacta, uix possit singulis fratribus uel hæ-
 redis nomen relinquere, & ante paucos annos, ni-
 si ingens uetuerit clades, sit nudos relictura ne-
 potes, atq; in desperationem adductura. Præter-
 ea rerum omnium uenaliū conductitiarumq;
 precia in immensum aucta, extremaq; omnia quæ
 æquitatis lancem superauere, nos admonent multi-
 tudinis & contentionis ergo in deteriore partem
 abire omnia. Quapropter quum emulationis &
 contentionis uitium nunquam possit, & nescio
 si debeat, è medio hominum tolli, non imprudenter
 principes, et penes quos est legum authoritas, meo
 iudicio fecerint, si dato ad iter & aliquot inde an-
 nos stipendio & uiatico, totam rebus destitutam
 & pergere uolentem multitudinem in terras no-
 uas cultoribus destitutas mittant. Inde enim diuiso
 inter illos agro nouo aut ex æquo, aut pro dignita-
 te,

te, si scus facile ad principem ex uectigalib. redibit,
 miseris uerò amplissimè prospicietur, malis et pro-
 scriptis hominibus, quibus ex rerum defectu pec-
 candi consuetudo est in habitum uersa, purgabitur
 culta regio, nec erit ubi, etiam si maxime uelint, fis-
 randi in tenues exercent cōsuetudinem. Hac arte
 olim Athenienses, Lacedæmonios, Græcos, Roma-
 nos, Gallos usos legimus. De his aliquando locum
 mihi dicendi apud principem cupiebam uehemen-
 tius, antequàm tua prudētia Poiete, apud eum dem
 impetratum intellexi, quod summopere suadere co-
 nabar. O felicem Franciscum Regem tali Cancellario,
 O feliciorum Cancellarium tali rege: uerum
 utrum, præter dignitatem, magis beatum existimē,
 agrè sanè iudico. Ille literatos literasq; excitat
 præmijs, beneuolentia: hic illos perquirat, euehit
 ad præmium. Ille iustissimè imperando, omnium de-
 meretur animos: is æquitatem summam obseruan-
 do, nulli non satisfecit. Tutatur omnes Frāciscus,
 per eum Poietus omnibus prospectum curat. Ille
 uirtutis & literarum omnium absolutam quandam
 possessionem haberi curauit, is etiam ipsi possessio-
 ni suam adsignari locum summopere contendit. Et
 ut semel finiam, Augustum ille, is ab inferis Mæce-
 natem reuocauit. Verum quum hac eloquendi te-
 nuitate utriusq; laudes imminuam potius quàm au-
 geam, ad cætera progredior.

151 DE MAGISTRATIBVS
DE ÆRARIJ CVSTODIBVS,

quos *ταμίαις* Græci dicunt. Cap. XXXIII.

Decem numero erant ærarij publici dispensatores, qui præsentibus senatoribus uiris ex ipso ærario in Palladio, de quo egi, adseruari solito, quantum ipse publici usus necessitates exigent, desumere solebāt, præcipueq; in rem nauticam sartam tectamq; conseruādam, ex qua frequenter non tantū Athenarum, sed totius Græciæ salus pendere uisa. Duas uerò potissimum naues insigni magnitudine nomine publico curabant, quarum una *παραλιος*, altera *ἡμιου* dicebatur: quamuis non desunt authores, qui cū *παραλίω σαλαμινίω* iungāt. Præter ærarij dispensationē, Palladis auream imaginem, uictoriarum monumenta à ducibus data, reliquorumq; sacrorum ornatum in publicis supplicationibus obuiam senatui euntes deserebant: quod factitari solitum lego ab his quos Græci *καλαστῆρας*, *ἰφόρως*, *φύλακας*, *ταμίους*, *διοικητὰς* uocant. Adserit uerò Harpocraton esse eiusdē dignitatis uocabula inde dicta, quòd conderent, seruarent, promoterent, dispenserent. Interpres orationis Demosthenis *κατὰ τὴν κρητῆρα*, ait locum fuisse in postica arcis parte, quam *ἀκρόπολιν* nominant, hincq; dictum *ἰπιδιόμορον*, ἢ *ταμίον*, quòd omnes omnium fanorum pecuniæ eò congererentur: ubi ait contigisse aliquando ut à sœnatoribus auerse per *Tamias*

mias pecuniæ desyderarentur, factumq; inde ut qui
 tunc ταμίαι essent, ararium incēderent, ne illorum
 apparerent furta & negligentia. Demosthenes
 Philippica tertia, hos ταμίαις δημοσις, publicos ad
 seruatores, quos vulgus nostrū Theaurarios par-
 simonia, aut simpliciter uocat. quod uerò & pecu-
 nias suppeditent, prima Philippica ποριστὰς ταμίαις
 dixit.

Περὶ ἑλλωσταμίω, QVOS LATINE GRÆ
 ciæ quæstores dicere possis. Cap. XXXV.

Ταμίαι me admonuere ἑλλωσταμίω, quorum mu-
 nus erat eas pecunias excipere & administra-
 re, quæ ex parte Græciæ Atheniensib. parente col-
 ligebantur, ut idem illi in sacris, quod isti in indi-
 cionalibus agerent, Pollux ait & insularum pro-
 uentum exigere & excipere solitos. Hanc uerò tra-
 dunt Græci authores nominis rationem. Post na-
 uali pugna superatum Persarum regem ab Athe-
 niensibus, illi in retinendo imperio diligentissimi,
 quia caput post calamitatem clademq; acceptam
 statim ante omnes Græcos erexissent, cæteris tribu-
 ta imperauere, ad persoluendas belli naualis impen-
 sas, quo communis patriæ hostis esset profligatus,
 quia maior impensæ pars fuisset antè ab illis expo-
 sita: itaq; illos quæstores uocarunt ἑλλωσταμίαις, id
 est Græciæ quæstores. Latius explicat originè uo-
 cis huius Herodotus in Vrania, adfertq; de Themis

153 DE MAGISTRATIBVS
stocle historiam: ad quem lectorem remitto, ne sine
tadiofior.

DE HELLANODICIS.

Cap. XXXVI.

QVod eadem in sacris totius regionis Athenien-
sibus subiecta isti curarent, ac precedentes
proxime in aerario conseruando, uolui illos subiun-
ctos. Pecunias ergo rerum sacrarum nomine debi-
tus exigebant, ipsisq; choragis de quibus egi, in
impedium sacrorum dabant, quod ipsum a ciui-
bus Athenarumq; habitatoribus τριτύραχοι, qui &
επατορες, exigentes, in urbanis sacris & ludis facere
consueuerant. Sed de his & conuentu ἀμφικτυβίου
amplius iam dixi. Labet uerò nunc quæ desydera-
mus subnectere.

DE GYNÆCONOMIS, QUI MA-
tronarum cultui, ne modum excederet,
præerant. XXXVII.

Γυναικονομοί, aut γυναικονομοί, de matronarum
primum, postea de omnium mulierum ornatis
statuebant, ne ulla ipsarum quicquam se indignum
ferret, utq; singula pro ratione census & faculta-
tum induerentur, indicta multa ei quæ secus fecis-
set, qua statim plecti solebat quæ edito aut legibus
de ea re latis non paruisset. Erat etiam de incestu
lex à Philippide quodam lata, ut quæ inhoneste in-
cederet, statim mille drachmis multaretur. Hos suis
se ui-

se uiginti numero scribit Pollux. Veneti quum pro-
 xime actis annis uiderent eum in mundo muliebri
 sumptum intolerabilem, indeq; rei familiaris in im-
 mensum dispendium crescere, sanxere ne ulla patri-
 cij sanguinis mulier aut puella in publicum ueste-
 serica induta prodiret, nisi nuptiarum die & qui-
 bus nuptijs conuiujs ue solennibus adesse moris
 est: quã alioqui multæ etiã humili loco natæ cum
 reginis pompa certare possent. Statuere præterea,
 ne aureum gemmis ue ornatum torquem monile ue
 aut cingulum unã ferret, gemmãs ue in annulis ge-
 staret. alterum enim horum tantum eligere neces-
 se est, alijs carere. Creati ad hanc rem magistratus,
 eas cogunt multãdo legis obseruare præscriptum.
 Non dico quã ista lex sit nobis necessaria, quã il-
 lis qui prædia tam sua quã aliena, domos, digni-
 tates, & quicquid undiq; per fas aut nefas corrade-
 re possunt, in humeros & ornamentum uxorũ
 & adolescentularum exponere uano more cogun-
 tur, sit satis persuasum. Vnum id adseuerare con-
 stanter non dubito, frustra leges condi & instau-
 rari, nisi funditus euulsa peccandi origine: quæ
 quanta in his præcipue sit, qui in foro sunt atque
 uersantur tantum non ad ossa medullasq; exesi mise-
 ri litigatores docent: uiri boni qui hæc ex usu per-
 ferre coguntur, deslent. nec enim uidere possunt
 quid tantopere pro sit uxori gratissimæ marito il-

le ornatus, nisi ut amatoribus placeat magis. pudicis enim & probis nil præter molestias adferre potest. Athenæus sexto Dipnosophistarum libro *ἡμετέριον* officium latius patuisse scribit, ubi de parasto ait: Narrabat *ἡμετέριον* aliquando parastum non uocatum uenisse ad conuiuium, quumq; recumberet in ultimo mensæ loco, ipsis gynæconomis (quos symposiarchas alio uerbo Græco Latinis magis usitato dicere hic possum) numerantibus, ut moris erat, conuiuius inuitatos, illum parastum, ut qui numerum excederet tricenarium præfinitum, discedere iubentibus, Numerate (inquit) secundo, à me incipientes. Quòd uerò mos esset gynæconomos conuiuia inspicere, inuocatorumq; numerum disquirere, si legis seruaretur præscripto, Timocles in *ἡμετέριον* ita scriptum reliquit: Reserate, ait, portas, ut in luce simus conspicui magis: ut pertransiens si uolet gynæconomus, numerum capiat conuiuarum, secundū scilicet legē nouam: quod fieri est solitum. Statimq; subdit: Philochorus in septimo Attidos ait, Gynæconomi cum Ariopagitibus congressus hominum in singulis domibus obseruabant, atq; in nuptijs & sacrificijs: quoniam illic solebant dapibus assatim uti, atq; adeò tantum non obrui. Hæc Athenæus. Non conuenit in conuiuarum numero cum Platone. Is enim in nuptijs ultra decem conuiuas esse non uult, quinq; ui

possidet, & totum
hic imaginari
propter & me
ponit, uolui at
gentia id à me
ἡμετέριον, Q
ros dicere po
Vos ceteri cu
Observatores,
ἡμετέριον noc
ten, nam sicut gy
modum in munito
qualiam modo,
in uini usu præscr
esse supergressus,
cuius alius uino ut
horum numerus,
meri sit habenda
rios gentes obser
rat, decimum at
rei libros legat.
Magistratus, in
athenienses teste
quæ adhuc uidi
initias quidem,
ceteros, quàm mel
ἡμετέριον.

ros scilicet, & totidē feminas. Verū ille rem gestam, hic imaginariam, qualis est tota illius respub. quapropter & magistratus illos quos in Politia exponit, nolui attingere, ne quis ignorantia aut negligētia id à me factum credat.

ἡγετὶ δὲ τῶν τῶν, QVOS BIBENDI ARBITROS dicere possumus. Cap. XXXVIII.

Vos ceteri authores *δὲ τῶν τῶν* dixere, id est vini Observatores, illos Plato in efficta suae respub. libris *αὐτάμωρος* vocavit, quod legis credo admonerens. nam sicut gynæconomi, ut paulò antè scripsi, modum in mundo muliebri, conuiuiarum numero, epularum modo, obseruare cogebant: ita hi itidem in vini usu præscribebant, ut si quis bibendi modū esset supergressus, multa præsentē cogeretur parcius aliàs uino uti. Quis uerò antiquis esset poculorum numerus, non refert, quum naturæ non numeri sit habenda ratio. Morem in ea re apud uarios gentes obseruari solitum, si quis scire desiderat, decimum atq; undecimum *δεκάτοσφι καὶ ἑξήκοντα* Athenæi libros legat, in quibus ferè nil aliud tractatur. Magistratus, inquit ille libro X. *δὲ τῶν τῶν* erāt apud Atheniēses teste Eupoli poeta *τῶν πένδεσσιν*: quos nunquā adhuc uidimus inter milites adscribi, ne ipsos *δὲ τῶν τῶν* quidem, O ciuitas ciuitas, quā tu es delicatior, quā melior ac prudentior? Hæc ad uerbum Athenæus. Ex illa Eupolis sententiā apparet,

antiquitatem, militem usq; adeò sobrium deligere solitam, atq; uini usu carentem, ut ne ipsos quidem uini obseruatores uoluerit eum augere numerum. Quantum uerò iuuat uini usu in exercitu carere, satis re ipsa ostendit Turca, qui magna quidem illa multitudine, sobria tamen, uiniq; usu poena captis in exercitu destituta, Græcos tam egregios potiores, ut prouerbum pergræcadi hinc sit natum, Macedonas, Thraces, Dacos, Mysios, Pannonos, Iuhros seu Hungaros, Dalmatas, Gepidas, atque adeò ipsos Germanos etiam uino armorū peritiā iungentes, nostrosq; Gallos docet rem bellicā in felicius inter pocula fœminasq; tractari atq; delicias, quàm in tenui mediocritate uitæq; abstemia. Nostri Thrasones inter pocula, Venerem, rusticos, singuli decem illius uiros unico congressu, ne dicam nictu, consueiunt uerbis, et interim ille serio req; ipsa de nobis, aris, fœcis, liberis, coniugibusq; triumphat. Sed ad Athenæum redeo. Hi uerò *ἰνὸν-τα*, ait, obseruabant quæ in conuiujs solerent fieri: si equaliter biberent conuiuæ. Erat uerò uulgaris magistratus & tenuis, ut ait Philinus rhetor in Crocanidarum disciplina, triumq; uirorum numero, qui inde *ἰνὸντα* sunt uocati, oculi, quòd non raro quos oculos mentis ipsi conuiuæ uino uicti perderent, hi restituerent monitionibus. Symposiarchæ ab his mihi tantum nomine differre uidentur

tur. Huic δινοφλόγως, uini belluonum pesti, sanctio-
 ne prospexerat ante duodecim annos Carolus im-
 perator quintus, statueratq; in temulētos pœnam:
 uerūm ex eius lege euenit quod ex diuina ait Pau-
 lus, ut per legem, quæ semper est peccati filia, pec-
 cati fieret augmentum (natura in uetitum nitimur,
 cupimusq; negata) atq; à quo esset genita, idem red-
 deret genitum. Nisi enim sint acerrimi legum lata-
 rum uindices, illæ ad ostensionem peccatiq; reuela-
 tionem uidentur latæ, non ad coercionem. Leges
 enim si semel hominum mentibus uel opinione so-
 la sint imbibitæ, plus poterunt quàm ipsissima ue-
 ritas. Suasit lex Chaldaeorum cōtemnere mortem:
 homines in toto ferè orbe sacrificare: quod & ho-
 die apud Barbaros nuper nostro orbi reuelatos ui-
 get. loco ipsorum animalia diuis occisa sacrificare.
 atq; adeo plus ualuit falsus cultus, falsa persua-
 sio, Phariseorum & scribarum leges etiam diui-
 næ refragantes sub aduentum Christi & suorum,
 quàm ipsa ab ipsissima ueritate enunciata ueritas.
 Quare si lex aliqua est ferenda, est & alenda, con-
 suetudineq; aut ui in usum trahēda: alioqui frustra
 fertur. Flandri itaq; & quotquot sunt illi Germa-
 ni, uidentur non tantum neglexisse, sed legis Caroli
 uim auxisse. Veneti uerò quia adolescentes patri-
 cios uidebant rem familiarem cui essent successuri,
 absumere, mercaturam (cui tota Italia nobilitas
 stude-

studere meritò mauult, quàm aliena diripiendo, uatium
 zum sepius nudumq; nobilitatis nomen more Galli
 co prætexere) neglectam relinquere, & præterea
 rei familiaris dispendium decoctionibus, in spem et
 rei familiaris, & amplissimæ dotis, ingens facere,
 indeq; scelera ex consortio nebulonum (qui facilli
 me in liberrimam totiusq; orbis fœlicissime sitam
 ciuitatem irrepunt) contrahere, non infrequenter
 inde ad laqueum trahi: sanxere unà & dotis & e
 pularum in conuiujs priuatis modum, ne priuatis
 epulis pœna multæ ultra unum aut alterū capum
 non impetrata uenia apponerent cum bubula &
 ueruecina: né ue quantumuis diues patricius ultra
 sex millia ducatorum aureorum dotis nomine fi
 lia ausit dare: quū antea à tenuioribus ad sexagin
 ta, quadraginta, quinquagintaq; milia darentur.
 Ad hæc ne ullus patricius ausit filio ante ætatem
 iustā dare, qua in leges peccare sumptu liceat: un
 de factum est, quum sint exacti apud illos nomophy
 laces, ut luxus coerceretur, res, si non fieret am
 plior, nullum acciperet detrimentum. Prudens hic
 silentio sepultam uolo quam gloriam multæ natio
 nes ex uini ingluuie ambiunt, quum uideam laudi
 dari, quòd homo cum homine & ipsius equo cer
 tando certamen ineat bibendi, uincatq; , atq; una
 die horaq; absumat quod denis iuste faciat satis. Vi
 deo enim hæc monstra frequenter esse in delicijs,
 tantum

tantum ab
 DE
 quo

F Ori cur
 pestatis
 tueant, ut
 tum preci
 legitimar
 ciuum plu
 reponeret
 retur (usq
 commune
 supra usum
 publico re
 iniquissim
 depromer
 ipsiusq; d
 charitate
 bene gest
 pauperib
 prospicer
 gligena
 do prospici
 nino desti
 gredior)
 tibus pro

tantum abest ut pœna sit flagitijs illis constituta.

DE FORICVRATORIBVS

quos ἰδιμειρίας τῆ ἱμπορίας dicunt.

Cap. XXXIX.

Fori curatores decē Athenis fuere, qui pro tempestatis annonæq; ratione de rerum precio statuebant, ut non uendentium arbitrio, sed iusto tantum precio distraherentur: ad hæc ne uitiosas loco legitimarum merces exponerent: præterea ne quis ciuium plus frumenti uiniq; quæstus causa apud se reponeret, quàm rerum illius usus exposcere uideretur (usque adeo priuatus illis census erat breuis, commune magnum) quæ uerò in urbem quotidie supra usum inferrentur, in horrea publica nomine publico reponi curabant, unde iusto precio etiam iniquissima temporum ratione egentibus ciuibus depromerent. Nos interim non pudet, Christum, ipsiusq; dogmata, uerbisq; amplissimis pietatem, charitatem, quæ mater & fons est omnium rerum bene gestarum, profitentes, nullis horreis publicis pauperibus, quos ex suo cœlo frequenter eiecimus, prospicere: uerbis ipsum profiteri euangelium, negligentia autem uirtutem eius abnegare. Quomodo prospiciât suis Veneti, dixi supra. Quamuis onnino destitutis (à foro enim in quo nil possunt, digredior) ceptum sit in non paucis Galliæ ciuitatibus prospici, tamen in dies emergenti pauperum

turbæ

turbæ in singulis facile prospici posset, si, quæ inu-
tiliter multi hominum ditissimorum conuentus ab-
sumunt, in eam rem conferrentur. si quæ multi mo-
nachi occupauere, redderentur, si ex ære publico
quæstus re frumentaria & uinaria fieret, procul-
dubio satis esset unde languenti et semimortuæ pau-
perum uitæ pararetur, quod supplementum labo-
rum ipsorum absolueret. nec enim censerem omni-
bus dandum, sed ualidos occupandos in publicis
priuatis ue operibus, sumptum ubi facerem suum.
morbo uerò laborantes, atq; aliqua præcipua adq;
opus utili parte affectos, e publico ærario alendos
iudicarem. Munera piorum, donationes ex testa-
mentis, multæ, & uaria alia possent in usum illum
comparari. uerum ista ex affectu cogor dicere.

DE EPISCOPIS. Cap. XL.

E piscopi erant ad quos delectus prouinciarumq;
negocia, ut Ciceronis uerbis utar, referebatur.
In singulis enim prouincijs hi uelut rerum arbi-
tri constituti perquirebant de his quæ ad iurisdic-
tionem, publicas iniurias, litesq; spectabant, si quis
illos addire uellet: ac sententiam ferebant, cui non
secus ac si à principe magistratu lata fuisset, pare-
batur. Vocabantur uerò etiã *ἀγοραῖοι* aptatores, &
ἐπίτροποι id est custodes, atq; *ἐπιτοροί* profecti. *ἐπιτοροί* e-
nim *ἐπιτοροί* est speculari, disponere. Nomine
ephorum usus est Cicero Quæst. Tusc. 1. Quum La-
cedæ-

eedemonius quidā, ait, cuius ne nomen quidē pro-
 ditum est, mortē tantopere contempserit, ut quum
 ad eam duceretur damnatus ab ephoris, & esset
 uultu hilari atq; leto, dixissetq; ei quidam inimi-
 cus, contemnis ne leges &c. Voce autem episcopi,
 in Pandectis usus est Iuriscōs. tit. de mun. & hono.
 l. munerum. Episcopi, inquit, qui præsunt pani &
 & ceteris uenalibus rebus, &c. Cicero etiā epist.
 ad Attic. 7. Ego, ait, præsūm negotio non turbulen-
 to: uult enim me Pompeius esse, quem tota Campa-
 nia & maritima ora habeat episcopum, ad quem
 delectus & negocij summa referatur. A diligenti re-
 rum speculatione nostris Christianis episcopis no-
 men est inditum, qui ipsi ut sint præclaro nomine
 donati, uideo: ut rem ipsam uerbis conferant, certē
 in paucis patet. Sed quis custodiet ipsos custodes?
 Hos puerilis ætas, hos infantia, hos ambitio, illos
 cupiditas, quosdā fastus aulicus, non paucos uerū
 odium, consuetudinis uitiosæ obseruatio prohibet
 uerum audire. Improbos nomineq; indignos per-
 strictos uolo. Quæ itaq; iusto & acerbissimo dolo-
 re motus, in eos scripserā, quum præclarissimos ui-
 ros uideam iam totos mille annos illos commone-
 faciendo aerem uerberasse, uisum est omittere, atq;
 peritura parcere chartæ. Si Esaiam, Ieremiam,
 Ezechielem, doctoresq; omnes non audiunt, quid
 aliud quàm crabrones scribendo iritare possum,
 quum arguere melius non possim?

Habet